

persecuti sunt me. **V.** Adiuua me Domine Deus meus: saluum me fac propter misericordiam tuam. **A.** Alleluia, alleluia. **V.** Vidio caelos apertos, & Iesum stantem a dextris virtutis Dei, alleluia.

**Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum**

**Cap 23.** **I**n illo tempore, Dicebat Iesus turbis Iudaeorum & principibus sacerdotum. Ecce, ego mitto ad vos prophetas & sapientes & scribas: & ex illis occidetis & crucifigētis: & ex eis flagellabitis in synagogis vestris: & persequemini de ciuitate in ciuitate: ut veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram: a sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zachariae filij Barachiae, quem occidistis inter templum & altare. Amen dico vobis: venient haec omnia super generationem istam. Hierusalem Hierusalem, quae occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt: quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas: & noluisti? Ecce, relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis: non me videbitis amodo, donec dicatis. Benedictus qui venit in nomine Domini. **C.**redo.

**Offertorium.** **Aet. 6.** **E**legerunt apostoli Stephanum leuitam, plenum fide & spiritu sancto: quem lapidauerunt Iudaei orantem & dicentem: Domine Iesu, accipe spiritum meum, alleluia.

**Secreta.**

**S**uscipe Domine munera, pro tuorum commemoratione sanctorum: ut sicut illos passio gloriosos effecit, ita nos deuotio reddat innocuos. Per Dominum.

**Pro Natiuitate Dni. Secreta.**

**O**blatis Domine munera, noua vnigeniti tui natiuitate sanctifica: nos que a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per eundem.

**Communio.** **V**ideo caelos apertos, & Iesum stantem a dextris virtutis Dei: Domine Iesu, accipe spiritum meum, & ne statua illis hoc peccatum.

**Postcommunio.**

**A**uxilientur nobis Domine sumpta mysteria: & intercedete beato Stephano protomartyre tuo sempiterna protectione confirmet. Per Dominum.

**Pro Natiuitate. Postcommunio.**

**P**raesta, quae sumus omnipotens Deus: ut natus hodie saluator mundi, sicut diuine nobis generationis est auctor, ita & immortalitatis sit ipse largitor. Qui te cum viuit.

**INFESTO SANCTI**

**Ioannis apostoli & euangelistae.**

**Statio ad sanctam Mariam maiorem.**

**Introitus.**



**I**n medio Ecclesiae aperuit os eius: & impleuit eum Dominus spiritu sapientiae & intellectus: sola gloria induit eum.

**Psalm.** Bonum est confiteri Domino: & psallere nomini tuo altissime. **V.** Gloria patri. **Orauo**

**E**cclesiam tuam Domine benignus illustra: ut beati Iohannis apostoli tui & euangelistae illuminata doctrinis, ad dona perueniat sempiterna. Per Dominum.

**Pro Natiuitate. Oratio.**

**C**oncède, quæsumus omnipotens Deus: ut nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet, quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet.

**Pro sancto Stephano. Oratio.**

**D**A nobis quæsumus Dñe imitari quod colimus: ut discamus & inimicos diligere, quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiam pro persecutoribus exorare Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum

**Lectio libri Sapientiae.**

**Q**ui timet Deum, faciet bona & quæ continentur in iustitia, apprehendet illa: & obuiabit illi quasi mater honorificata. Cibabit illum pane uitæ & intellectus: & aqua sapientie salutaris potabit illum. Et firmabitur in illo, & non flectetur: & continebit illum, & non confundetur: & exaltabit illum apud proximos suos. In medio Ecclesie aperiet os eius: & implebit eum Dominus spiritu sapientie & intellectus: & stolam glorie induet eum. Iucunditatem & exultationem thesaurizabit super eum: & nomine æterno hæreditabit illum Dñs Deus noster.

**Graduale.** Exiit sermo inter fratres, quod discipulus ille non moritur: & non dixit Iesus: non moritur. Sed sic eum volo manere donec veniam,

tu me sequere. Alleluia, alleluia. **Ibidem.**  
Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his: & scimus quia verum est testimonium eius, alleluia.

**Sequentia sancti euangelij  
secundum Iohannem.**

**I**n illo tempore. Dixit Iesus Petro: **Cap. 21**  
sequere me. Conuersus Petrus, vidit illum discipulum, quem diligebat Iesus, sequentem: qui & recubuit in cæna super pectus eius, & dixit. Domine, quis est qui tradet te? Hunc ergo cum vidisset Petrus, dixit Iesu. Domine, hic autem quid? Dicit ei Iesus. Sic eum volo manere, donec veniam. quid ad te? Tu me sequere. Exiit ergo sermo iste inter fratres, quod discipulus ille non moritur. Et non dixit ei Iesus, quia non moritur: sed sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his: & scripsit hæc. Et scimus, quia verum est testimonium eius. **Ps. 119.**  
**Credo. Offertor.** Iustus ut palma florebit: sicut cedrus, quæ in libano est, multiplicabitur. **Secreta.**

**S**uscipe Domine munera, quæ in eius tibi sollempnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per Dominum nostrum.

**Pro Natiuitate. Secreta.**

**O**blata Domine munera, noua vnigeniti tui natiuitate sanctifica: nos que per hæc a peccatorum nostrorum maculis emunda.

**Pro sancto Stephano. Secreta.**

**S**uscipe Domine munera pro tuorum commemoratione sanctorum:

ut sicut.

ut sicut illos passio gloriosos effecit,  
ita nos deuotio reddat innocuos. Per  
Dominum.

Ioá. 21.

**Cómunio.** Exiit sermo inter fra-  
tres, quod discipulus ille non moritur:  
& non dixit Iesus, non moritur, sed  
sic eum volo manere donec veniam.

**Postcómunio.**

**R**efecti cibo potuque celesti Deus  
noster, te supplices deprecamur  
ut in cuius hac comemoratióne per-  
cepimus, eius muniamur & precibus.

**Pro Natiuitate. Postcómunio.**

**P**raesta, quaesumus, omnipotens  
Deus: ut natus hodie saluator mun-  
di, sicut diuinae nobis generatiónis est  
auctor, ita & immortalitatis sit, ipse  
largitor.

**Pro sancto Stephano.**

**Postcómunio.**

**A**uxilientur nobis Domine supra  
mysteria: & intercedente beato  
Stephano protomartyre tuo, sepi-  
terna protectiõe confirmet. Per Dñm.

**INFESTO SANCTORVM**

**Innocentium.**

**Statio ad sanctum Paulum.**

**Introitus.**

ps. 8.



**H**ore infantium Deus  
& lactentium perfecisti  
laudem propter ini-  
micos tuos.

Ibi de.

**psalm.** Domine Dó-  
minus noster, quàm admirabile est  
nomen tuum in yniuersa terra. **V.**

Glória patri. **Non dicitur** Glória in  
excelsis, **nec Alleluia, nec Ite** Missa  
est. **nisi hoc festum venerit in Dómi-  
nica: sed in octaua semper dicuntur.**

**Oratio.**

**D**eus, cuius hodierna die præconi-  
um innocentes martyres, non  
loquendo, sed moriendo cõfessi sunt:  
omnia in nobis vitiõrum mala mor-  
tifica: ut fidem tuam, quã lingua no-  
stra loquitur, etiam moribus vita fa-  
teatur. Per Dominum.

**Pro Natiuitate. Oratio.**

**C**oncède quesumus omnipotens  
Deus: ut nos vnigeniti tui noua  
per carnẽ natiuitas liberet: quos sub-  
peccati iugo vetusta seruitus tenet.

**Pro sancto Stephano. Oratio.**

**D**A nobis quaesumus Dñe imita-  
ri quod colimus: ut discamus &  
inimicos diligere: quia eius natalitia  
celebramus, qui nouit etiam pro per-  
secutoribus exorare Dominum no-  
strum Iesum Christum filium tuum.

**Pro sancto Iohanne. Oratio.**

**E**cclẽsiam quaesumus Dñe benignus illu-  
stra: ut beatorum Iohannis apostoli tui  
& euãgelistæ illuminata doctrinis, ad  
dona perueniat sepieterna. Per Dñm.

**Lectio libri Apocalypsis beati**

**Ioannis apostoli.**

**I**N diebus illis: Vidi supra montem  
Sion agnum stantem, & cum eo ce-  
tum quadraginta quatuor millia ha-  
bentes nomen eius, & nomen patris  
eius scriptum in frontibus suis. Et au-  
diui vocem de caelo, tamquam vocẽ  
aquarum multarum: & tamquam vo-  
cem tonitruui magni. Et vocem quã  
audiui, sicut cithararum cithari-  
zantium in citharis suis. Et cantabant  
quasi canticum nouum ante sedẽ Dei,

& ante quatuor animalia: & seniores. Et nemo poterat dicere eantem, nisi illa centum quadraginta quatuor milia, qui empti sunt de terra. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati. Virgines enim sunt. Hi sequuntur agnum, quocumque ierit. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo & agno: & in ore ipsorum non est inventum mendacium. Sine macula enim sunt ante thronum Dei.

123. **Gradual.** Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. ✠. Laqueus contritus est, & nos liberati sumus: adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cælum & terram. Alleluia, alleluia. ✠. Laudate pueri Dominum, Laudate nomen Domini, alleluia.

112. **Tractus sub scriptus**

**semper dicitur prætermisso Alleluia, nisi hoc festum venerit in Dominica.**

**In octava vero nunquam dicitur Tractus.**

78. **Stus.** Effuderunt sanguinem sanctorum, velut aquam in circuitu Hierusalem. **ver.** Et non erat qui sepeliret: **ver.** Vindica Domine sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est super terram.

**Sequentia sancti evangelii  
secundum Matthæum.**



p. 2. In illo tempore. Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens. Surge & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Ægyptum: & esto ibi usque dum dicam tibi. Futurum est enim, ut Herodes querat puerum ad perdendum eum. Qui

conversus accepit puerum & matrem eius nocte: & recessit in Ægyptum. Et erat ibi usque ad obitum Herodis: ut adimpleretur quod dictum est a Domino per prophetam dicentem: Ex Ægypto vocavi filium meum. Tunc Herodes, videns quoniam illusus esset a Magis: iratus est valde. Et mittens, occidit omnes pueros qui erant in Bethlehém: & in omnibus finibus eius, à bimatatu & infra, secundum tempus quod exquisierat a Magis. Tunc adimpletum est quod dictum est per Hieremiam prophetam, dicentem. Vox in Rama audita est, ploratus & ululatus multus, Rachel plorans filios suos: & noluit consolari, quia non sunt. **Credo.**

**Offertor.** Anima nostra, sicut passer, erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, & nos liberati sumus.

**Secreta.** Sanctuarium tuorum Domine, nobis pia non desit oratio, quæ & munera nostra conciliet, & tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per Dominum.

**Pro Natiuitate. Secreta.** Oblata, Domine munera, noua unigeniti tui natiuitate sanctifica: nosque a peccatorum nostrorum maculis emunda.

**Pro sancto Stephano. Secret.** Suscipe, Domine munera pro tuorum commemoratione sanctorum: ut sicut illos passio gloriosos effecit, ita nos deuotio reddat innocuos.

**Pro sancto Iohanne. Secreta.**

**S**uscipe Domine munera, quæ in  
eius tibi sollempnitâte deferimus:  
cuius nos confidimus patrocinio libe-  
rari. Per Dominum **Communio.**

**Hiere.**  
**31.**  
**V**ox in Rama audita est, ploratus &  
ululatus, Rachel plorans filios suos:  
noluit consolari, quia non sunt.

**Postcommunio.**

**V**otiva, Domine, dona percipi-  
mus: quæ sanctorum nobis præ-  
cibus, & præsentis quæsumus vitæ pã-  
riter & æternæ tribue conferre subsi-  
dium Per Dominum.

**Pro Natiuitate. Postcommunio.**

**P**ræsta, quæsumus, omnipotens  
Deus: ut natus hodie saluator mû-  
di, sicut diuinæ nobis generatiõnis est  
auctor, ita & immortalitatis sit, ipse  
largitor.

**Pro sancto Stephano. Postcommunio.**

**A**xiliëntur nobis Domine supra  
mysteria: & intercedente beato  
Stephano protomartyre tuo, sæpiter-  
na protectiõne cõfirmant. Per Dñm.

**Pro sancto Ioanne. Postcommunio.**

**R**efecti cibo potuque cęlesti Deus  
noster, te supplices deprecâmur  
ut in cuius hæc cõmemoratiõne per-  
cepimus, eius muniâmur & præcibus.  
Per Dominum.

**Si festũ sancti Thomæ venerit in Dõ-  
minica, trãsfertur in sequentem diẽ.**

**IN FESTO SANCTI**

**Thomę episcopi & martyris. Introit.**

**G**Audeamus oēs in Dño, diem  
festum celebrantes sub honõ-  
re beati Thomę martyris: de  
cuius passiõne gaderet angeli, et collau-

dant filium Dei. **Psal.** Exultate iusti in  
Dño: rectos decet collaudatio. **V.**

Gloria patri. **Oratio.**

**D**eus, pro cuius ecclēsia gloriõ-  
sus pōtifex Thomas gladijs im-  
piõrum occubuit: præsta, quæsumus:  
ut omnes, qui eius implorant auxili-  
um, petitiõnis suæ salutarem conse-  
quantur effectum. Per Dominum.

**Pro Natiuitate Domini. Oratio.**

**C**oncède, quæsumus omnipotēs  
Deus: ut nos vnigēniti tui noua  
per carnē natiuitas liberet, quos sub  
peccati iugo vetusta seruitus tenet.

**Pro sancto Stephano. Oratio.**

**D**A nobis quæsumus Dñe imitã-  
ri quod colimus: ut discãmus &  
inimicos diligere: quia eius natalitia  
celebrãmus, qui nouit etiam pro per-  
secutoribus exorare Dominum no-  
strum Iesum Christum filium tuum.

**Pro sancto Ioanne. Oratio.**

**E**cclēsiã tuã Dñe benignus illũ-  
stra: ut beati Ioãnnis apōstoli tui  
& euãgelistę illuminãta doctrinis, ad  
dona peruēniat sæpiterna. Per Dñm.

**Pro Innocentibus. Oratio.**

**D**eus, cuius hodierna die præconi-  
um innocentes martyres, non  
loquendo, sed moriendo cõfessi sunt:  
õmnia in nobis vitiorum mala mor-  
tifica: ut fidem tuam, quã lingua no-  
stra loquitur, etiam moribus vita fa-  
teatur. Per Dominum.

**Lectio epistolę beati Pauli  
apōstoli ad Hebręos.**

**F**Ratres: Omnis pōtifex ex homi-  
nibus assumptus, pro hominibus  
consti-

constituuntur in his quae sunt ad Deum: ut offerat dona & sacrificia pro peccatis. Qui condolere possit his qui ignorant & errant: quoniam & ipse circumdatus est infirmitate. Et propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorem: sed qui vocatur a Deo, tamquam Aaron. Sic & Christus non semetipsum clarificauit, ut pontifex fieret: sed quid locutus est ad eum Filius meus es tu: ego hodie genui te. Quae admodum & in alio loco dicit. Tu es sacerdos in aeternum, secundum ordinem Melchisedec. **Graduale.** Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placauit Deo. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. Alleluia, alleluia. Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas: & cognoscunt me meae, alleluia.

**Sequentia sancti euangelij  
secundum Ioannem.**

In illo tempore: Dixit Iesus Pharisaeis Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Mercenarius autem & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriae, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit: & lupus rapit & dispergit oues. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est: & non pertinet ad eum de ouibus. Ego sum pastor bonus: & cognosco oues meas: & cognoscunt me meae. Sicut nouit me pater, & ego cognosco patrem: & animam meam pono pro ouibus meis. Et alias

oues habeo: quae non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & uocem meam audient: & fiet unum ouile & unus pastor. **Credo.**

**Offertor.** Posuisti, Domine, in capite eius coronam de lapide precioso: vitam petijt a te, & tribuisti ei, alleluia.

**Secreta.**

**M** Vnera tibi, Domine, dicata sanctifica, & intercedente beato Thomae martyre tuo atque pontifice: per eadem nos placatus intende. Per Dominum.

**Pro Natiuitate. Secreta.**

**O** Blata, Domine munera, noua unigeniti tui natiuitate sanctifica: nosque a peccatorum nostrorum maculis emunda.

**Pro sancto Stephano. Secreta.**

**S** Vscipe, Domine munera pro tuorum commemoratione sanctorum: ut sicut illos passio gloriosos effecit, ita nos deuotio reddat innocuos.

**Pro sancto Ioanne. Secreta.**

**S** Vscipe, Domine, munera, quae in eius tibi sollicitate deferrimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari.

**Pro Innocentibus. Secreta.**

**S** Anctorum tuorum Domine, nobis pia non desit oratio, quae & munera nostra conciliet, & tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per Dominum.

**Comunio.** Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meae. **Postcomunio.**

**H**aec nos comunio, Domine, purget a crimine: & intercedente beato Thomae martyre tuo atque pontifice celestis remedij faciat esse confortes.

Per Dominum nostrum.

**Pro Natiuitate. Postcomunio.**

**P**raesta, quaesumus, omnipotens Deus: vt natus hodie saluator mundi, sicut diuinae nobis generationis est auctor, ita & immortalitatis sit, ipse largitor.

**Pro sancto Stephano. Postcomunio.**

**A**vxiientur nobis Domine supra mysteria: & intercedente beato Stephano protomartyre tuo, sempiterna protectione confirmet. Per Dnm.

**Pro sancto Ioanne. Postcomunio.**

**R**efecti cibo potuque caelesti Deus noster, te supplices deprecamur vt in cuius hac commemoratione percipimus, eius muniamur & precibus.

**Pro Innocentibus Postcomunio.**

**V**otua, Domine, dona percipimus: quae sanctorum nobis precibus, & praesentis quaesumus vitae pariter & aeternae tribue conferre subsidium Per Dominum.

**Si festum Natiuitatis Dni, sancti Stephani, sancti Ioannis, & sanctorum Innocentium, venerit in Dominica, ipsa die nihil fit de Dominica: sed die proximo post festum sancti Thomae martyris dicitur Missa de Dominica. Si autem festum sancti Thomae venerit in Dominica, dicitur Missa de Dominica cum commemoratione de alijs octauis: & festum sancti Thomae transfertur in secundam feriam. Si vero post festum sancti Thomae fuerit Sabbathum, ipsa die Sabbathi dicitur Missa de octaua Natiuitatis cum commemoratione de alijs octauis. Et in die sancti Siluestri fit**

officium de festo cum commem. de Dominica & de alijs octauis.

**Missa de Dominica infra octauam Natiuitatis Domini.**

**Introitus.**



um medium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet: omnipotes sermo tuus, Domine, de caelis a regalibus sedibus venit. **Psalm.**

Dns regnavit decore indutus est Dominus fortitudinem, & praecinxit se.

**Gloria patri. Oratio.**

**O**mnipotens sempiternae Deo dirige actus nostros in beneplacito tuo: vt in nomine dilecti filij tui, mereamur bonis operibus abundare. Per.

**Et fit commemoratio de octauis.**

**Pro Natiuitate. Oratio.**

**C**oncède, quaesumus omnipotens Deus: vt nos unigeniti tui noua per carne natiuitas liberet, quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet.

**Pro sancto Stephano. Oratio.**

**D**A nobis, quaesumus, Dne, imitari quod colimus: vt discamus & inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiam pro persecutoribus exorare Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

**Pro sancto Ioanne. Oratio.**

**E**ccliam tuam, Dne, benignus illustra: vt beati Ioannis apostoli tui & euangelistae illuminata doctrinis: ad dona perueniat sempiterna.

**Pro Innocentibus**

**Oratio.**

**D**Eus, cuius hodierna die praecō-  
nium innocentes martyres, nō  
loquendo, sed moriendo, cōfessi sunt:  
omnia in nobis vitiōrum mala morti-  
fica: vt fidem tuam, quam lingua nos-  
tra loquitur, etiā moribus vita fateā-  
tur. Per Dōminum.

*Lectio epistolae beati Pauli  
apostoli ad Galatas.*

**F**ratres: Quanto tempore haeres  
paruulus est, nihil differt à seruo,  
cum sit Dñs omnium: sed sub tutōri-  
bus & actōribus est vsq; ad praefinitū  
tēpus à patre. Ita & nos, cū essemus  
paruuli, sub elemētis mundi hui⁹ era-  
mus seruientes. At vbi venit plenitū-  
do tēporis, misit Deus filium suum fa-  
ctum ex muliere, factum sub lege: vt  
eos, qui sub lege erant: redimeret: vt  
adoptiōnē filiorū reciperemus. Quō-  
niam autem estis filij Dei, misit Deus  
spiritū filij sui in corda vestra clamā-  
tem, abba, pater. Itaque iam non est  
seruus: sed filius. Quod si filius: & ha-  
res per Deum. *Graduale.* S peciōsus  
forma praefilij hominum: diffusa est  
gratia labijs tuis. *Ps.* Eructauit cor me-  
um verbū bonū dico ego opra mea  
regi: lingua mea calamus scribae velo-  
citer scribentis. *Ps.* Dñs reg-  
nauit, decōre induit: induit Dñs for-  
titudinē, & precinxit se virtute, *Ps.*

*Sequentia sancti euangelij  
secundum Lucam.*

**I**n illo tempore: Erāt Ioseph & Ma-  
ria mater Iesu, mirantes super his,  
quae dicebantur de illo. Et benedixit  
illis Simeon, & dixit ad Mariam ma-

trēm eius. Ecce posit⁹ est hic in ruina:  
& in resurretiōne multōrum in Israel:  
& in signū cui contra dicetur: & tuam  
ipsius animam pertrāsibit gladius: vt  
reuelentur ex multis cordib⁹ cogitati-  
ōnes. Et erat Anna prophetissa, filia  
Phanuel, de tribu Aser: haec processer-  
at in diebus multis, & vixerat cū vi-  
ro suo annis septem à virginitate sua.  
Ec haec vidua vsque ad annos octua-  
ginta quatuor: quae non discedebat de  
tēplo, ieiūnijs & obsecratiōnibus ser-  
uiens nocte ac die. Et haec, ipsa hora  
superueniens, confitebatur Dōmino:  
& loquebatur de illo omnibus qui ex-  
pectabant redemptiōnē Israel. Et vt  
perfecerunt omnia secundum legem  
Dōmini, reuersi sunt in Gallileam, in  
ciuitatem suam Nazareth. Puer autē  
crescebat, & confortabatur: plenus sa-  
pientia: & gratia Dei erat in illo.

**C**redo. *Offertorium.* Deus firmavit *Ps. 62.*  
orbem terrae, qui commouebitur: pa-  
rata sedes tua Deus, ex tunc à saecu-  
lo tu es.

**C**oncède, quaesumus, omnipotēs  
Deus: vt oculis tuae maiestatis  
munus ablātum, & gratiam nobis pie  
deuotionis obtineat, & effectū beatae  
perennitatis acquirat. Per Dñm

*Pro Natiuitate sancti*  
**O**blata, Dōmine, munera noua  
vniūgenitiui natiuitate sanctifi-  
ca: nos que à peccatorum nostrōrum  
maculis emūnda.

*Pro sancto Stephano*  
**S**uscipe, Dōmine, munera, pro  
tuōrum commemoratiōne factō



rum, ut sicut illos passio glorioſos ef-  
fecit, ita nos deuotio reddat innocuos.

**Pro sancto Ioanne. Secreta.**

**S**uscipe, Domine munera, quae in  
Seuis tibi sollempnitate de ferimus,  
cuius nos confidimus patrociniſo libe-  
rari.

**Pro Innocentibus Secreta.**

**S**anctorum tuorum, Domine, no-  
bis pia non desit oratio, quae & mu-  
nera nostra conciliet, & tuam nobis in-  
dulgentiam semper obtineat. Per Do-  
minum.

Mat. 2.

**Communio.** Tolle puerum & ma-  
trem eius, & vade in terram Israel: de-  
functi sunt enim qui querebant ani-  
mam pueri.

**Postcommunio.**

**P**er huius, Dne, operatione myste-  
rii, & vitia nostra purgetur, & iu-  
sta desideria compleantur. Per Dnm.

**Pro Natiuitate. Postcommunio**

**P**raesta, quaesumus, omnipotens  
Deus: ut natus hodie saluator mu-  
di, sicut diuinae nobis generationis est  
auctor, ita & immortalitatis sit, ipse  
largitor.

**Pro sancto Stephano. Postcommunio.**

**A**uxilientur nobis Domine supra  
mysteria: & intercedente beato  
Stephano protomartyre tuo, sepi-  
terna protectione confirmet. Per Dnm.

**Pro sancto Ioanne. Postcommunio:**

**R**efecti cibo potuque celesti Deus  
noster, te supplices deprecamur  
ut in cuius haec commemoratione per-  
cepimus, eius muniamur & precibus.

**Pro Innocentibus. Postcommunio.**

**V**otiuua, Domine, dona percipi-  
mus: quae sanctorum nobis pre-

cibus, & praesentis quaesumus vitae pa-  
riter & aeternae tribue conferre subſi-  
dium Per Dominum.

**Missae de Octaua Natiuitatis Do-  
mini. Introitus.**



Ver natus est nobis, & Ioa  
filius datus est nobis:  
cuius imperium super-  
humerum eius: & vo-  
cabitur nomen eius ma-

gni consilij angelus. **Psalm** Ps. 9

Cantate Domino canticum nouum,  
quia mirabilia fecit. **Gloria patri.**

**Oratio.**

**C**oncède, quaesumus omnipotes  
Deus: ut nos vnigeniti tui noua  
per carne natiuitas liberet, quos sub  
peccati iugo vetusta seruitus tenet.  
Per eundem

**Pro sancto Stephano. Oratio.**

**D**A nobis, quaesumus, Dne, imi-  
tari quod colimus: ut discamus  
& inimicos diligere: quia eius natalitia  
celebramus, qui nouit etiam pro per-  
secutoribus exorare Dominum nos-  
trum Iesum Christum filium tuum.

**Pro sancto Ioanne. Oratio.**

**E**cclesiam tua, Dne, benignus  
illustra: ut beati Ioannis apostoli  
tui & euangelistae illuminata doctri-  
nis: ad dona perueniat sempiterna.

**Pro Innocentibus. Oratio.**

**D**Eus, cuius hodierna die praeco-  
nium innocentes martyres, no-  
loquendo, sed moriendo confessi sunt:  
omnia in nobis vitiorum mala mor-  
tifica: ut fidem tuam, quam lingua  
nostra loquitur, etiam moribus vita

fate

fateatur. Per **D** **o** **m** **i** **n** **i** **u** **m**.

**L** **e** **c** **t** **i** **o** **e** **p** **i** **s** **t** **o** **l** **e** **a** **e** **b** **e** **a** **t** **i** **P** **a** **u** **l** **i**  
**a** **p** **o** **s** **t** **o** **l** **i** **a** **d** **T** **i** **r** **u** **m**.

**p. 2.** **C** **a** **r** **i** **s** **s** **i** **m** **e** : Apparuit benignitas  
& humanitas saluatoris nostri  
Dei: non ex operibus iustitiae, quae fe-  
cimus nos: sed secundum suam mise-  
ricordiam saluos nos fecit. Per lauâ  
crum regeneratiônis: & renouatiônis  
spiritus sancti: quem effudit in nos a-  
bundè per Iesum Christum saluatorè  
nostri: vt iustificati gratia ipsius, hæ-  
redes simus secundum spem vitæ æter-  
næ. In Christo Iesu, Dño nostro.

**G** **r** **a** **d** **u** **a** **l** **e**. **V** **i** **d** **e** **r** **u** **n** **t** **o** **m** **n** **e** **s** **f** **i** **n** **e** **s** **t** **e** **r** **r** **a**  
salutare Dei nostri: iubilâte Deo  
omnis terra. **¶** Notum fecit Domi-  
nus salutare suum: ante conspectum  
gentium reuelauit iustitiam suam.

**A** **l** **e** **l** **u** **i** **a**, **a** **l** **e** **l** **u** **i** **a**. **¶** **D** **i** **e** **s** **s** **a** **n** **c** **t** **i** **f** **i** **c** **a** **t** **i**  
illuxit nobis: venite gentes, & ado-  
rate Dominum: quia hodie descendit  
lux magna super terram, alleluia.

**S** **e** **q** **u** **e** **n** **t** **i** **a** **s** **a** **n** **c** **t** **i** **e** **u** **a** **n** **g** **e** **l** **i**  
**s** **e** **c** **u** **n** **d** **u** **m** **L** **u** **c** **a** **m**.

**p. 3.** **I** **n** **i** **l** **l** **o** **t** **e** **m** **p** **o** **r** **e**: Pastores loqueban-  
tur adinuicem: Transeamus vsque  
Bethlehem: & videamus hoc verbû  
quod factû est: quod fecit Dominus,  
& ostendit nobis. Et venerunt festinâ-  
tes, & inuenêrunt Mariam & Ioseph,  
& infantem positum in præsepio. Vi-  
dentes autem cognouerunt de verbo  
quod dictû erat illis de puero hoc. Et  
oês qui audierunt, mirari sunt: & de  
his quæ dicta erant à apastoribus ad  
iplos. Maria autem conseruabat om-  
nia verba hæc: conferens in corde suo.

Et reuersi sunt pastores, glórificantes  
& laudantes Deum in omnibus quæ  
audierant, & viderant, sicut dictû est  
ad illos. **C** **r** **e** **d** **o**. **O** **f** **f** **e** **r** **t** **o** **r** **i** **u** **m**.

**T** **u** **i** **s** **u** **n** **t** **c** **a** **l** **i**, & tua est terra: orbem  
terrârum, & plenitudinem eius tu fun-  
dasti: iustitia & iudicium preparatio  
sedis tuæ. **S** **e** **c** **r** **e** **t** **a**.

Pf. 88.

**O** **b** **l** **a** **t** **a**, **D** **o** **m** **i** **n** **e**, munera noua  
vni geniti tui natiuitate sanctifi-  
ca: nos quæ à peccatorum nostrorum  
maculis emunda. Per eundem.

**P** **r** **o** **s** **a** **n** **c** **t** **o** **S** **t** **e** **p** **h** **a** **n** **o**. **S** **e** **c** **r** **e** **t** **a**.

**S** **v** **s** **c** **i** **p** **e**, **D** **o** **m** **i** **n** **e**, mûnera pro tuô  
rum commemoratiône sancôrû:  
vt sicut illos passio gloriôsôs effecit,  
ita nos deuotio reddat innocuos.

**P** **r** **o** **s** **a** **n** **c** **t** **o** **I** **o** **a** **n** **n** **e**. **S** **e** **c** **r** **e** **t** **a**.

**S** **v** **s** **c** **i** **p** **e**, **D** **o** **m** **i** **n** **e**, mûnera quæ in  
eius tibi sollempnitate defecimus:  
cui nos confidimus patrocinio libe-  
rari. **P** **r** **o** **I** **n** **n** **o** **c** **e** **n** **t** **i** **b. **S** **e** **c** **r** **e** **t** **a**.**

**S** **a** **n** **c** **t** **o** **r** **u** **m** **t** **u** **o** **r** **u** **m**, **D** **o** **m** **i** **n** **e**, no-  
bis pia nõ desit oratio: quæ & mû-  
nera nostra conciliet, & tuam nobis  
indulgentiam sepe obtineat. Per **D** **o** **m** **i** **n** **i** **u** **m**.

**C** **o** **m** **u** **n** **i** **o**. **V** **i** **d** **e** **r** **u** **n** **t** **o** **m** **n** **e** **s** **f** **i** **n** **e** **s** **t** **e** **r** **r** **a**  
salutare Dei nostri

**P** **r** **a** **e** **s** **t** **a**, quæsumus, omnipotens  
**D** **e** **u** **s**: vt natus hodie saluator mû-  
di, sicut diuinæ nobis generatiônis est  
auctor, ita & immortalitatis sit ipse  
largitor. **Q** **u** **i** **t** **e** **c** **u** **m** **v** **i** **u** **i** **t**.

**P** **r** **o** **s** **a** **n** **c** **t** **o** **S** **t** **e** **p** **h** **a** **n** **o**. **P** **o** **s** **t** **o** **r** **u** **n** **i** **o**.

**A** **v** **x** **i** **l** **i** **e** **n** **t** **u** **r** **n** **o** **b** **i** **s**, **D** **o** **m** **i** **n** **e**, sù-  
pra mysteria: & intercedete bea-  
to Stephano protomartyre tuo, sepi-  
tèr

eterna protectione confirmet.

**Pro sancto Ioanne. Postcomu.**

**R**efecti cibo potuque celesti Deus noster, te supplices deprecamur ut in cuius hac commemoratione percipimus, eius muniamur & precibus.

**Pro Innocentibus. Postcomunio.**

**V**otiuam, Domine, dona percipimus: quae sanctorum nobis precibus, & praesentis quaesumus vitae pariter & aeternae tribue conferre subsidium. Per Dominum.

**Si festum sancti Siluestri venerit in Dominica, dicitur Missa de eo, & commemoratio de Dominica, & de Octauis.**

**INFESTO SANCTI**

**Siluestri papae & confessoris.**

**Introitus.**

Pf. 131.



**S**acerdotes tui, Domine, induant iustitiam, & sancti tui exultent: propter Dauid seruum tuum non auertas faciem Christi tui.

Pf. 131.

**Psalm.** Meménto, Domine, Dauid, & omnis mansuetudinis eius. **v.** Glória patri. **Oratio.**

**D**A, quaesumus, omnipotens Deus: ut beati Siluestri confessoris tui atque pontificis veneranda sollemnitas: & deuotionem nobis augeat, & salutem. Per Dominum.

**Pro Natiuitate. Oratio.**

**C**oncède, quaesumus omnipotens Deus: ut nos unigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet, quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet.

**Pro sancto Stephano. Ora**

**D**A nobis, quaesumus, Domine, imitari quod colimus: ut discamus & inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiam pro persecutoribus exorare Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

**Pro sancto Ioanne. Oratio.**

**E**cclésiám tuá, Domine, benignus illustra: ut beati Ioannis apostoli tui & euangelistae illuminata doctrinis: ad dona perueniat sempiterna.

**Pro Innocentibus. Oratio.**

**D**Eus, cuius hodierna die praeconium innocentes martyres, non loquendo, sed moriendo confessi sunt: omnia in nobis vitiorum mala mortifica: ut fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per Dominum

**lectio epistole beati Pauli apostoli ad Timotheum.**

**C**arissime: Testificor coram Deo & Christo Iesu, qui iudicaturus est viuos & mortuos, per aduentum ipsius, & regnum eius. Prædica verbum, instat oportune, importune: argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt: sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus: & a veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Tu vero vigila: in omnibus labora: opus fac euangelistae, ministerium tuum imple sobrius esto. Ego enim iam delibor: & tempus meae resolutionis instat. Bonum certamen certavi: cursum consummaui.

summauit: fidem seruauit. In reliquo,  
reposita est mihi corona iustitiae: qua  
reddet mihi Dominus in illa die iustus  
iudex. Non solum autem mihi: sed &  
his qui diligunt aduentum eius.

44 **Graduale.** Ecce sacerdos magnus  
qui in diebus suis placuit Deo. *Ps.* Non  
est inuentus similis illi qui conserua-  
ret legem excelsi.

**Alleluia, alleluia.** *Ps.* Inueni David  
seruum meum, oleo sancto meo unxi  
eum, alleluia.

**Sequentia sancti euangelij  
secundum Lucam.**



2. **I**n illo tempore: Dixit  
Iesus discipulis suis.  
Sint lumbi vestri praeci-  
ncti: & lucernae ardentes  
in manibus vestris.  
Et vos similes homini-  
bus expectantibus Dominum suum,  
quando reuertatur a nuptijs: ut cum  
uenerit & pulsauerit, confestim aperiant  
ei. Beati serui illi, quos cum uenerit  
Dominus, inuenerit uigilantes. A-  
men dico uobis, quod praecinet se,  
& faciet illos discumbere, & transiens  
ministrabit illis. Et si uenerit in secun-  
da uigilia: & si in tertia uigilia uene-  
rit: & ita inuenerit: beati sunt serui il-  
li. Hoc autem scitote: quoniam si sci-  
ret pater familias, qua hora fur ueni-  
ret, uigilaret utique, & non sineret  
perforari domum suam. Et vos estote  
parati: quia qua hora non putatis, fi-  
lius hominis ueniet. **Credo.**

3. **Offertor.** Inueni David seruum me-  
um, oleo sancto meo unxi eum: ma-

nus enim mea auxiliabitur ei, & bra-  
chium meum confortabit eum. **Secreta**

**S**ancti tui, nos Domine, quaesumus  
ubique latificent: ut dum eorum  
merita, recolimus, patrocinia sentiamus.  
Per Dominum.

**Pro Natiuitate. Secreta.**

**O**blata, Domine, munera noua uir-  
giniti tui natiuitate sanctifica,  
nosque a peccatorum nostrorum ma-  
culis emunda.

**Pro sancto Stephano. Secreta**

**S**uscipe, Domine, munera pro tuorum  
commemoratione sanctorum: ut  
sicut illos passio gloriosus effecit, ita  
nos deuotio reddat innocuos.

**Pro sancto Ioanne. Secreta.**

**S**uscipe, Domine munera, quae in eius  
tibi sollempnitate de ferimus: cuius  
nos confidimus patrocinio liberari.

**Pro Innocentibus. Secreta.**

**S**anctorum tuorum, Domine, no-  
bis pia non desit oratio, quae & mu-  
nera nostra conciliet, & tua nobis in-  
dulgencia semper obtineat. Per Dominum.

**Communio.** Beatus seruus, quem  
cum uenerit Dominus, inuenerit uigilantem: amen dico uobis, super omnia bona sua constituet eum. **Matta 24.**

**Postcommunio.**

**P**raesta quaesumus, omnipotens De-  
us: ut de perceptis muneribus gra-  
tias exhibentes, intercedente beato Sil-  
uestre confessore tuo atque pontifice, be-  
neficia potiora sumamus. Per Dominum.

**Pro Natiuitate. Postcommunio**

**P**raesta, quaesumus, omnipotens  
Deus: ut natus hodie salu-

di, sicut diuinæ nobis generatiōnis est auctor: ita & immortalitatis sit ipse longior.

**Pro sancto Stéphano. Postcōmunio.**

**A**uxilientur nobis, Dōmine, sumpta mysteria: & intercedente beato Stéphano protomartyre tuo, semperpiterna protectiōne confirmet.

**Pro sancto Ioanne. Postcōmunio.**

**R**efecti cibo potūque celsi Deus noster, te supplices deprecāmur: ut in cuius hæc cōmemoratiōne percēpimus, eius muniamur & precibus.

**Pro Innocentibus. Postcōmunio.**

**V**otiuā, Dōmine, dona percēpimus: quæ sanctōrum nobis precibus, & præsentis, quæsumus, vitæ pariter & æternæ tribue conferre subsidium. Per Dōminum.

**In die Circumcisionis, in octaua Natiuitatis Dōmini.**

**Statio ad sanctam Mariam trans Tyberim. Introitus.**

Isa. 9.



Ver natus est nobis, & filius datus est nobis: cuius imperium super humerum eius: & vocabitur nomen eius

magni consilij angelus. **Psalm.**

Cantate Dōmino canticum nouum, quia mirabilia fecit. **Gloria patri.**

**Oratio.**

**D**eus, qui salutis æternæ beatæ Mariæ virginitate secūda, humano generi præstitisti tribue quæsumus: ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctōrem vitæ suscipere, Dōmi-

num nostrum Iesum Christum.

**Non fit aliqua cōmemoratio.**

**Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Titum.**

**C**harissime: Appāruit grātia Dei saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos: ut abnegātes impietatem, & sæculari desideria: sobriè & iustè, & piè viuāmus in hoc sæculo: expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi: qui dedit semetipsum pro vobis: ut nos redimeret ab omni iniquitate: & mundāret sibi populum acceptabilem, sectatōrem bonorum operum. Hæc loquere, et exhortāre: in Christo Iesu Dño nostro.

**Graduale.** Viderunt omnes fines terre salutāre Dei nostri: iubilāte Deo omnis terra. **Ps.** Notum fecit Dominus salutāre suum: ante conspectum gentium reuelāuit iustitiam suam.

**Alleluia, alleluia.** **Ps.** Multi fariam olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio, alleluia.

**Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.**

**I**n illo tempore: Postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer: vocatum est nomen eius Iesus. Quod vocatum est angelo: priusquam in utero conciperetur. **Credo.**

**Offertor.** Tui sunt cæli, & tua est terra: orbem terrarum & plenitudinē eius tu fundasti: Altitudo & iudicij preparatio cedit tue

**Secreta**

C

Nomi

**M** Vneribus nostris, quæsumus,  
Dómine, percibusque suscé-  
ptis: & cælestibus nos munda mystéri-  
js. & clementer exaudi. Per.

97 **Cómunio.** Vidérunt omnes fines  
terrae, salutâre Dei nostri.

**Postcómunio.**

**H**Æc nos cómunio: Dómine, pur-  
get á crimine: & intercedente  
beata Dei ginitrice Maria, cælestis re-  
médij faciat esse consortes. Per eundé  
Dóminum.

**Si aliquâ ex his octauis in Dómini-  
ca venerit, fit officium de octaua, de  
Dominica vero nihil fit.**

**In octaua sancti Stephani totum of-  
ficium Missæ dicitur sicut in die, præ-  
ter orationé que sequitur. Et dicitur,**

**C**redo. **Oratio.**

**O**Mnipotens sempitérne Deus,  
qui primitias mártirum in beá-  
ti leuitæ Stephani sanguine dedicásti:  
tribue, quæsumus: vt pro nobis inter-  
cessor exístat, qui pro suis étiam per-  
secutoribus exorâuit Dñm nostrum.

**Et fit cómemorat. de sancto Ioân-  
ne, & de Innocentibus.**

**In octaua sancti Ioannis officium  
Missæ dicitur, sicut in die, Et dicitur  
Credo. Prima oratio de festo, secun-  
da de Innocentibus.**

**In octaua sanctorum Innoc. officium  
Missæ dicitur sicut in die, excepto quod  
Glória in excelsis. alleluia, & Ite Mis-  
sa est, dicuntur Credo non dicitur.**

**In Vigilia Epiphaniæ. Introitus.**

**D**Vm médium siléntiũ tenèrent  
omnia, & nox in suo cursu mé-

dium iter perágeret, omnipotens ser-  
mo tuus, Dómine, de cælis à regáli-  
bus sedibus venit.

**Psal.** Dñs regnâuit, decórem indûtus **Pl. 92**  
est: indûtus est Dñs fortitudinem, &  
præcinxit se. **V. Gloria. Oratio.**

**O**Mnipotens sempitérne Deus,  
dirige actus nostros in benepla-  
cito tuo: vt in nómine dilécti filij tui  
mereámur bonis opéribus abundâre.  
Per eundem. **De sancta Maria.**

**Oratio.**

**D**Eus, qui salutis æternæ, beatae  
Mariæ virginitate fecunda, hu-  
máno géniri præmia præstitisti: tri-  
bue, quæsumus: vt ipsam pro nobis in-  
tercedere sentiámus, per quam meru-  
imus auctórem vitæ suscipere: Dñm  
nostrum Iesum Christum filium tuum;  
**Cótra persecutores Ecclesiæ. Oratio.**

**E**Cclesiæ tuæ, quæsumus, Dñe, pre-  
ces placâtus admitte: vt destruc-  
tis aduersitatibus, & erroribus vniuersis  
secura tibi seruiat libertate. Per Dñm.

**Vel pro Papa. Oratio.**

**D**Eus ónmiũ fidelium pastor & re-  
ctor, famulum tuum **N.** quæ pastore  
Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, propi-  
tius respice: da ei, quæsumus, verbo  
& exemplo, quibus præest, proficere:  
vt ad vitam vnâ cū græge sibi crédito  
perueniat sempiternam. Per Dñm.

**Lectio epistolæ beati Pauli  
apóstoli ad Galatas.**

**F**Ratres: Quanto tempore hæres  
paruulus est, nihil differt à seruo,  
cum sit Dóminus ómnium, sed sub-  
tutoribus & actoribus est. vsque ad

præfinitum tempus à patre. Ita & nos cum essemus paruuli, sub elementis mundi huius eramus seruietes. At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege: ut eos qui sub lege erant, redimere: ut adoptionem filiorum reciperemus. Quoniam autem estis filij Dei, misit Deus spiritum filij sui in corda vestra clamantem, abba, pater. Ita que iam non est seruus: sed filius. Quod si filius: & hæres per Deum.

**Pf. 44. Graduale.** Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labijs tuis. **V.** Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi: lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. **Alleluia, alleluia. V.** Dominus regnauit, decorem induit: induit Dominus fortitudinem, & praeiunxit se virtute, alleluia.

**Sequentia sancti euangelij  
secundum Matthæum.**

**Cap. 2.** In illo tempore: De factis Herode **I** ecce angelus Dñi apparuit in sonis Ioseph in Ægypto,, dicens. Surge, et accipe puerum, & matrem eius, & vade in terram Israël. Defuncti sunt enim, qui querebant animam pueri. Qui cum surgens, accepit puerum & matrem eius: & venit in terram Israël. Audiens autem, quod Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode pater suo timuit illi ire. Et admonitus in somnis, recessit in partem Galilææ. Et veniens habitauit in ciuitatem quæ vocatur Nazareth: ut adimpleretur quod dictum est per prophetas, quonia Nazareus vo-

cabitur. **Offert. Deº** firmata terræ, qui commouebitur: para sedes tuo Deus ex tunc, a seculotu est.

**Secreta.**

**C**oncède, quæsumus, omnipotens Deus: ut oculis tuæ maiestatis munus oblatum: & gratiã nobis piæ deuotionis obtineat, & effectum beatæ perennitatis acquirat. Per Dñm.

**De sancta Maria. Secreta.**

**M** Vneribus nostris, quæsumus, Dòmine, precibusque susceptis: & cælestibus nos munda mysterijs, & clementer exaudi.

**Cõtra persecutores Ecclesię. Secreta.**

**P**rotege nos, Dòmine, tuis mysterijs seruietes: ut diuinis rebº in hærentes, & corpore tibi famulèmur, & mète. **Vel pro Papa Secreta.**

**O**blatis quæsumus, Dñe placare munèribus: & famulũ tuũ **N.** quẽ pastore Ecclesię tuę præesse voluisti assidua ptectione gubernata. Per dñm.

**Cõmunio.** Tolle puerum & matrem eius, & vade in terram Israël: defuncti sunt enim, qui querebant animam pueri. **Postcõmunio.**

**P**er huius Dòmine operationem mysterij, & vitia nostra purgentur, & iusta desideria cõpleantur. Per Dòminum.

**De sancta Maria. Postcõmunio.**

**H**æc nos cõnũnio, Dòmine, purget à crimine: & intercedete beata Dei genetrice Maria, cælestis remedij faciat esse consortes.

**Contra persecutores Ecclesiæ.  
Postcõmunio.**

umus, Domine, Deus nos  
er: vt quos diuina tribuis par-  
patione gaudere, humanis non si-  
as subiacere periculis.

Vel pro Papa. Postcomunio.

**H**Æc nos, quæsumus, Domine, di-  
uini sacramenti perceptio prote-  
gat: & famulū tuum **N.** quē pastōre  
ecclesiæ tuæ præesse voluisti, vnā cum  
comisso sibi grege, saluet semper &  
muniat. Per Dominum.

**INEPIPHANIA DOMINI**

Statio ad sanctum Petrum.

Introitus.



Ecce aduenit  
dominator  
domin⁹, & re-  
gnum in ma-  
nu eius, & po-  
tēstas, & im-  
perium.

**Psal.** Deus, iudicium tuum regi da, &  
iustitiam tuam filio regis. **Ps.** Gloria  
patri.

Oratio.

**D**Eus, qui hodierna die vnigēni-  
tum tuum gentibus stella duce  
reuelasti, cōcede propitius: vt, qui iā  
te ex fide cognouimus, vsque ad con-  
templandam speciem tue celsitudinis  
perducāmur. Per eundem Dnm.

Lectio Isaia prophetae.

**S**Urge, illuminare Hierusalem: quia  
venit lumen tuum, & gloria Dō-  
mini super te orta est. Quia ecce tene-  
bræ operient terram, & caligo popu-  
los. Super te autem orientur Dōmin⁹,  
& gloria eius in te videbitur. Etambu-  
labunt gentes in lumine tuo, & reges

in splendore ortus tui. Leua in circū-  
tu oculos tuos, & vide: omnes isti con-  
gregati sunt, venerunt tibi. Filij tui  
de longē venient: & filia tuæ de late-  
re surgent. Tunc videbis & afflues:  
& mirabitur & dilatabitur cor tuum,  
quando conuersa fuerit ad te multitu-  
do maris, fortitudo gentium venerit  
tibi. Inundatio camelorum operiet te,  
dromedarij Madian, & Epha: Omnes  
de Saba venient, aurum & thus defe-  
rentes: & laudem Dño annunciantes.

**Graduale.** Omnes de Saba venient <sup>Isa. 60</sup>  
aurum & thus deferentes: & laudem  
Dōmino annūciantes. **V.** Surge, & il-  
luminare Hierusalem: quia gloria dō-  
mini super te orta est. **A**lleluia, alle-  
luia. **V.** Vidimus stellam eius in oriente <sup>Mat. 3.</sup>  
te: & venimus cum munēribus adorā-  
re Dominum, alleluia.

Sequentia sancti euangelij  
secundum Matthæum.

**C**VM natus esset Iesus in Bethle- <sup>Cap. 8.</sup>  
hem Iudæ, in diebus Herodis re-  
gis: ecce Magi ab oriente venerunt  
Hierosolymā, dicentes: Vbi est, qui  
natus est rex Iudæorum? Vidimus e-  
nim stellam eius in oriente, & venimus  
adorare eum. Audiēs autem Herodēs  
rex, turbatus est, & omnis Hieroso-  
lyma cum illo. Et congregās omnes  
principes sacerdotum & scribas popu-  
li, sciscitabatur ab eis, vbi Christus  
nascetur. At illi dixerunt ei: In Be-  
thlehem Iudæ. Sic enim scriptum est  
per prophetā. Et tu Bethlehem ter-  
ra Iuda, nequāquā minima es in  
incipiō, Iuda. Ex te enim exie-



qui regat p̄pulum meum Israel. Tūc Herodes clam vocatis Magis, diligēter didicit ab eis tempus stellæ, quæ apparuit eis. Et mittens illos in Bethlehé, dixit. Ite, & interrogate diligēter depūero: & cum inueneritis, renūciāte mihi: vt & ego veniens, adōrem eum. Qui cum audissent regem, abiērunt. Et ecce stella, quam viderant in oriente, antecedebat eos, vsque dum veniens, staret supra vbi erat puer. Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domū, inuenerunt pūerū cū Maria matre ei: **Hic genuflectit.** Et procidentes, adorauerūt eum. Et apertis thesauris suis, obtulerunt ei mūnera: aurum, thus, & myrrham. Et responso accepto in sōnis ne redirent ad Herodē: per aliam viam reuersi sunt in regiōnem suam.

**Ps. 71. Credo. Offertorium.** Reges Tharsis & insulæ mūnera offerent: reges Arabum, & Saba dona addūcent: & adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei. **Secreta.**

**E**cclēsiæ tuæ, quæsumus Dōmine, dona propitiū intūere, quibus non iam aurum, thus, & myrrha profertur: sed quod eisdem muneribus declaratur, immolatur, & sumitur. Per Dñm. **Præfatio.**

**Æternæ Deus.** Quia cum vnigenit⁹. **Infra actionem.** Communicantes, & diem sacratissimum celebrantes, quo vnigenitus tuus. **vt in præfationibus.**

**Et dicuntur per octauam. Cōmunio.** Vidimus stellā eius in oriente: & vēimus cū muneribus adorāre Dñm.

**Postcōmunio.**

**P**ræsta, quæsumus, omnipotens Deus, vt quæ sollemnī celebramus officio, purificatæ mentis intelligentia consequāmur. Per Dñm.

**Infra octauam Epiphaniæ idem officium: quod in die: & post orationem diei dicuntur orationes. Deus qui salutis æternæ & Ecclēsiæ tuæ.**

**Vel pro Papa. vt in vigilia Epiphaniæ.**

**De festis duplicibus & semiduplicibus, quæ infra octauam veniunt, nihil agitur, nisi in propria ecclēsiā, sed peracta octaua celebrantur: de simplicibus autem fit tantum cōmemoratio.**

**De Dominica infra octauam Epiphaniæ Missa dicitur vt infra, Quod si festum Epiphaniæ in Dominica venerit, ipsa Missa Dominica dicitur in Sabbatho infra octauam, & in octaua Epiph. nihil fit de Dominica.**

**Dominica infra Octauam Epiphaniæ Introitus**



**I**n excelsō throno vidi sedere virum, quem adorat multitudo angelōrum psallentes in vno: ecce cuius in perij nomen est in ætēnum. **Psalm.**

Iubilare Deo omnis terra: seruite Dōmino in lætitiā. **V.** Glōria patri.

**Oratio.**

**V**ota, quæsumus, Dōmine, plicantis p̄puli cælesti p̄sequere: vt, & quæ agendū videant, & adimplēnda quæ vī conualēscant. Per Dōminam.

**Pro cōmemorat Epiphaniæ.**

Eus, qui hodierna die vnigenitum tuum gentibus stella duce reuelasti: concède propitius: vt qui iā te ex fide cognouimus, vsque ad contemplanda sp̄ciem tuā celsitudinis perducāmur. Per eūdem Dñm.

**Lectio epistolæ beati Pauli  
apostoli ad Romanos.**

**F**ratres: Obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeātī corpora vestra hōstiam viuētem, sanctam Deoplacentem, rationabile obsequiū vestrum. Et nolīte conformari huic sæculo: sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt probētis, quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. Dico enim per grātiā Dei quæ data est mihi: omnibus qui sunt inter vos. Nō plus sapere quā oportet sapere, sed sapere ad sobrietatē. Et vnicuique, sicut Deus diuisit mēsurā fidei. Sicut enim in vno corpore multa membra habēmus, omnia autem membra non eūdem actum habent: ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. In Christo Iesu Dōmino nostro.

**Graduale.** Benedictus Dñs Deus Israel, qui facit mirabilia magna solus in sæculo. **Ps.** Suscipiant montes pacē opulo tuo: & colles iustitiam. Alleluia, alleluia. **Ps.** Iubilāte Deo omnis terra: seruīte Dño in lætitia, alleluia.

**Sequentia sancti euangēlij  
secundum Lucam.**

factus esset Iesus annōrum decim, ascendētibz illis nam secundum consuetū-

dinem diēi festi, consummatisq; diebus cum redirent, remansit puer Ies⁹ in Hierusalem, & non cognouerunt parentes eius. Existimantes autem illū esse in comitatu, venerunt iter diēi & requirebāt eū inter cognatos & notos. Et non inuenientes, regressi sunt in Hierusalem, requirentes eum. Et factum est: post triduum inuenērunt illū in templo, sedentem in medio doctorum, audientē illos, & interrogantē: Stupēbant autē omnes qui eum audiebant, super prudentia & responsis eius. Et videntes admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum. Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebāmus te. Et ait ad illos. Quid est, quēd me quærebātis? Nesciebātis, quia in his quæ patris mei sunt, oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt verbum, quod locutus est ad illos. Et descendit cum eis, & venit Nazareth: & erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia verba hæc in corde suo. Et Iesus proficiebat sapientia & ætate & grātia apud Deū & homines. **Credo.**

**Offertor.** Iubilāte Deo omnis terra: seruīte Dōmino in lætitia: intrāte in conspectu eius in exultatione: quia Dōminus ipse est Deus.

**Secreta.**

**O**blatum tibi, Dōmine sacrificium viuificet nos semper, & ministret. Per Dōminum.

**Pro Epiphania. Secreta.**

**E**cclēsiæ tuæ, quæsumus, Domine, dona propitius inueni-

bus non iam aurum, thus, & myrra profertur: sed quod eiusdem muneri bus declaratur, immolatur, & sumitur. Per Dominum.

**Luc. 2.** **Communio.** Fili, quid fecisti nobis sic? ego & pater tuus dolentes queramus te. Et quid est quod me quaeramus? nesciebatis, quia in his quaeramus patris mei sunt, oportet me esse.

**Postcommunio.**

**S**upplices te rogamus omnipotens Deus: ut quos tuis reficis sacramentis, tibi etiam placitis moribus dignanter deseruire concedas. Per Dñm.

**Pro Epiphania. Postcommunio.**

**P**raesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut quae sollempni celebrantur officio, purificatae mentis intelligentia consequamur. Per Dñm.

**INOCTAVA EPIPHANIE.**

**Introitus.**

**Mat. 3**



Ecce aduenit dominator Dominus: & regnum in manu eius, & potestas, & imperium.

**Pf. 71.**

**Psalm.** Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis. **V.** Gloria patri. **Oratio.**

**D**eus, cuius unigenitus in substantia nostrae carnis apparuit: praesta, quaesumus: ut per eum, quem similem nobis foris agnouimus, intus reformari mereamur. Qui tecum.

**Lectio Isaiae prophetae.**

**Ca. 60.** **S**urge, illuminare Hierusalem: quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est. Qui ecce tenebrae operient terram, & caligo popu-

los. Super te autem orientur Dominus, & gloria eius in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos, & vide: omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. Filij tui de longe venient: & filiae tuae de latere surgent. Tunc videbis & afflues: & mirabitur & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi. Inundatio camelorum operiet te, dromedarij Madian, & Epha: Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes: & laudem Domino annunciantes.

**Graduale.** Omnes de Saba venient aurum & thus deferentes: & laudem Domino annunciantes. **V.** Surge, & illuminare Hierusalem: quia gloria Domini super te orta est. **A**lleluia, alleluia. **V.** Vidimus stellam eius in oriente: & venimus cum muneribus adorare Dominum, alleluia.

**Sequentia sancti euangelij secundum Ioannem.**

**I**n illo tempore: Vidit Ioannes Iesum venientem ad se, & ait Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Hic est, de quo dixi. Post me venit vir, qui ante me factus est: quia prior me erat, & ego nesciebam eum. Sed ut manifestetur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans. Et testimonium perhibuit Ioannes, dicens. Quia vidi spiritum descendentem quasi columbam de caelo, & mansit super eum. Et ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit. Super quem videris spiritum

descendentem, & manentem super eum, hic est, qui baptizat in spiritu sancto. Et ego vidi: & testimonium perhibi: quia hic, est filius Dei. **Credo.**

**Offertorium.** Reges Tharsis & insularum munera offerent: reges Arabum & Saba dona adducunt: & adorabunt eum omnes reges terrae, omnes gentes seruient ei. **Secreta.**

**H**ostias tibi, Domine pro nati filij tui apparitione deferimus, suppliciter exorantes, ut sicut ipse nostrorum auctor est munerum: ita sit ipse misericors & susceptor, Iesus Christus Dominus noster. Qui tecum vivit.

**Comunio.** Vidimus stellam eius in oriente: & venimus cum muneribus adorare Dominum. **Postcommunio.**

**C**aeli lumine, quaesumus, Domine, semper & ubique nos praevieni: ut mysterium, cuius nos participes esse voluisti, & puro cernamus intuitu, & digno percipiamus affectu. Per Dominum.

**Ab octava Epiphaniae usque ad Purificationem, nisi fuerit duplex, post orationem diei dicuntur istae orationes. Deus qui salutis aeternae, & Ecclesiae tuae. Vel Deus omnium fidelium.**

**Si tempus breve fuerit ab octava Epiphaniae usque ad Septuagesimam ita quod Dominicalia officia non possint expleri suis diebus, officia residuarum Dominicarum post secundam Dominicam post Epiphaniam, eo anno omittuntur, & resumuntur (quod orationem, Epistolam, & Evangelium duntaxat) post vigesimam tertiam Dominicam post Pentecosten, ut ibi dicitur in rubrica**

**Si Dominica Septuagesimae venerit sequenti Dominica post octavam Epiphaniae, in praecedenti Sabbatho si non est impeditum festo duplici, vel semiduplici, dicitur Missa de Dominica secunda post Epiphaniam cum commemoratione festi simplicis in eo occurrentis. Si vero Sabbathum fuerit impeditum festo duplici vel semiduplici, tunc prima die post octavam Epiphaniae dicitur Missa de secunda Dominica & festum duplex vel semiduplex transfertur in primam diem simili festo non impeditam.**

**DOMINICA SECUNDA post Epiphaniam. Introitus.**



Mnis terra adoret te Deus **Psa. 65**  
us, & psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo altissimi. **Psalms.** Iubilante Deo omnis terra, psalmum dicite nomini eius: date gloriam laudi eius. **Gloria patri. dicitur Gloria in excelsis Dominicis usque ad Septuagesimam exclusivè: in ferialibus vero diebus quando resumitur Missa de Dominica praeterita, non dicitur. Quod servatur & post pentecosten.**

**Oratio.**

**O**mnipotens sempiternae Deus, qui caelestia simul & terrena moderaris: supplicationes populi tui clementer exaudi, & pacem tuam nostris concede temporibus. Per Dominum.

**De sancta Maria. Oratio.**

**D**eus, qui salutis aeternae beatae Mariae virginitate fecunda, humano generi praemia praestitisti: tribu-

bue quæsumus: vt ipsam pro nobis intercedere sentiâmus, per quam meruimus auctorem vitæ suscipere, Dñm nostrum Iesum Christum filium tuum.

**Cōtra persecutores Ecclesiæ. Oratio.**

**E**cclésię tuæ, quæsumus, Dñe, preces placatus admitte: vt destruis aduersitatib⁹, & erroribus vniuersis: secura tibi seruiat libertate. Per.

**Vel pro Papa. Oratio.**

**D**eus omnium fidelium pastor & rector: famulum tuum **N.** quem pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, propitius respice: da ei, quæsumus, verbo & exemplo quibus præest, proficere: vt ad vitam vnâ cum grege sibi credito, perueniat sempiternam. Per Dominum.

**Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Romanos.**

**Cap. 12** **F**ratres: Habentes donationes, secundum gratiam quæ data est nobis, differentes: siue prophetiam secundum rationem fidei, siue ministerium in ministrando, siue qui docet in doctrina: qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in simplicitate, qui præest in sollicitudine, qui miseretur in hilaritate. Dillectio sine simulatione. Odientes malum: adherentes bono. Charitatem fraternitatis inuicem diligentes: honore inuicem præuiniētes. Sollicitudine, non pigri: spiritu feruentes, Domino seruientes: spe gaudētes: in tribulatione patientes: orationi instantes: necessitatibus sanctorum communicantes: hospitalitatem lectantes. Benedicite persequentibus vos:

benedicite, & nolite maledicere. Gaudete cum gaudentibus: flete cum flentibus. Id ipsum inuicē sentientes. Non alta sapientes: sed humilibus consentientes. **Graduale.** Misit Dominus verbum suum: & sanauit eos: & eripuit eos de interitu eorum. **✠.** Confiteantur Domino misericordiae eius: & mirabilia eius filiis hominum.

**A**lleluia, alleluia. **✠.** Laudate Dominum omnes angeli eius, laudate cum omnes virtutes, alleluia.

**Sic dicitur Alleluia. cū versu post Graduale, ab octaua Epiphaniæ vsq; ad Septagesimam: & ab octaua Pentecostes vsque ad Aduentum, etiam infra hebdomadam, quando reficitur Missa de Dominica.**

**Sequentia sancti euangelij secundum Ioannem.**

**I**n illo tempore: Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, & erat mater Iesu ibi vocatus est autem & Iesus & discipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino, dicit mater Iesus ad eum. Vinum non habent. Et dicit ei Iesus. Quid mihi & tibi est mulier? Nondum venit hora mea. Dicit mater eius ministris. Quodcūq; dixerit vobis, facite. Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ, secundum purificationem iudeorum: capiētes singulæ metretas binas vel ternas. Dicit eis Iesus: Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vsque ad summum. Et dicit eis Iesus. Haurite nunc, & ferte architriclinio. Et tulerunt. Vt autem gustauit architriclinus aquam vinum factam,

& non sciēbat, vnde esset: ministri autem sciēbant, qui hauerant aquam: vocat sponsum architriclinus, & dicit ei. Omnis, homo primum, bonum vinum ponit: & cum inebriati fuerint tunc id quod detērius est. Tu autem seruasti bonum vinum vsque adhuc. Hoc fecit inītiū signōrum Iesus in Cana Galilææ: & manifestauit gloriā suam. Et crediderunt in eum discipuli eius. **Credo**

**Offertorium.**

**I**ubilate Deo vniuersa terra: Psalmū dicite nōmini eius: venite. & audite, & narrabo vobis ōnes qui timētis Deum, quanta fecit Dñs animæ meæ, alleluia.

**Secreta.**

**O**blāta, Dōmine, mūnera sanctifica, nosque à peccatōrum nostrōrum maculis emunda. Per Dñm.

**De sancta Maria. Secreta.**

**M**uneribus nostris, quæsumus, Dñe, percibu<sup>s</sup> q̄; susceptis: & cælestibi<sup>s</sup> nos munda mysterijs, & clemēter exaudi.

**Cōtra persecutores**

**Ecclēsiæ. Secreta.**

**P**rotege nos, Dōmine, tuis mysterijs seruiētes: vt diuinis rebus inharētes, & corpore tibi famulemur, & mente. Per Dōminum.

**Vel pro Papa. Secreta.**

**O**blātis, quæsumus Dōmine, placare muneribus, & famulū tuū quem pastōrem Ecclēsiæ tuæ præesse voluisti, assidua protectiōne gubernā. Per Dōminum.

**Cōmunio,**

**D**icit Dñs, implēte hydrias aqua, & ferte architriclino, cum gustasset architriclinus aquam vinum facta, dicit

sponso, seruasti bonum vinū vsq; adhuc: hoc signū fecit Iesus primum coram discipulis suis.

**Postcōmunio.**

**A**vgeatur in nobis, quæsumus, dōmine, tuæ virtutis operatio: vt, diuinis vegetati sacramentis, ad eorū promissa capiēda, tuo mūnere præparēmur. Per Dōminum.

**Pro sancta Maria. Postcōmun.**

**H**æc nos cōmunio, Dōmine, purget à crimine & intercedēte beata Dei genitricē Maria, cælestis remēdij faciat esse consortes.

**Contra persecut. Ecclēsiæ. Postcōmun.**

**Q**uæsumus, Dōmine Deus noster: vt quos diuina tribuis participatiōne gaudēre, humanis non sinas subiacēre periculis. Per Dñm.

**Vel pro Papa. Postcōmunio.**

**H**æc nos, quæsumus Dōmine, diuini sacramenti per cēptio protegat: & famulum tuum quem pastōrē Ecclēsiæ tuæ præesse voluisti, vnā cum commisso sibi grege saluet semper, & muniat. Per Dōminum.

**DOMINICA TERTIA**

**post Epiphaniam. Introitus**



**A**dorate Deum oēs angeli ei<sup>s</sup> audiuit & letata est Sion & exultauerūt filia Iudæ. **Psal.**

**Ibidē.**

Dominus regnauit, exultet terra: latentur insula multa. **Ps.**

**Gloria patri.**

**Oratio.**

**O**mnipotens sempiternus Deus, infirmitatem nostram propiti<sup>s</sup> respice: atq; ad protegēdū nos, dextera tuā maiestatis extēde. Per Dñm.

**De sancta Maria Oratio.**

**D**Eus, qui salutis æternæ beatæ Mariæ virginitate fecunda, humano generi præmia præstitisti: tribue, quæsumus: ut ipsam pro nobis in tercedere sentiâmus, per quâ meruimus auctorem vitæ suscipere Dñm nostrum Iesum Christum filium tuum.

**Pro Papa. Oratio.**

**D**Eus omnium fidelium pastor & rector famulum tuum **N.** quem pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, propitius respice: da ei, quæsumus, verbo & exemplo quibus præest, proficere: ut ad vitam unam cum grege sibi credito perueniat sempiternam. Per Dñm.

**Vel contra persecutores Ecclesiæ.**

**Oratio.** Ecclesiæ tuæ. **ut in Dominica præcedenti.**

**Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Romanos.**

Cap. 12

**F**Ratres: Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Nulli malum pro malo reddentes. Prouidentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Non vosmetipsos defendentes, charissimi: sed date locum iræ. Scriptum est enim. Mihi vindictam: & ego retribuam, dicit Dominus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum. Si sitit, potum da illi. Hoc enim faciens, carbonem ignis cogeres super caput eius. Noli vinci a malo: sed vince in bono malum.

**Ps. 101. Graduale.** Timébunt gentes nomen tuum Dñe, & omnes reges terræ glori-

riam tuam. **Ps.** Quoniam ædificauit Dñs Sion, & videbitur in maiestate sua.

**Alleluia, alleluia. Ps.** Dominus regna precepit, exultet terra: lætentur insulæ multæ, alleluia.

**Sequentia sancti euangeliij secundum Matthæum.**

**I**N illo tempore: Cum descendisset Iesus de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ. Et ecce leprosus ueniens, adorabat eum, dicens. Domine, si vis potes me mundare. Et extendens manum Iesus, tetigit eum dicens uolo. Mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi Iesus. Vide, nemini dixeris: sed uade, ostende te sacerdoti: & offer munus quod præcepit Moyses, in testimonium illis. Cui autem introisset Capharnaum, accessit ad eum Centurio, rogans eum & dicens. Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Et ait illi Iesus. Ego ueniam, & curabo eum. Et respondens Centurio ait. Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum, sed tantum dic uerbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habes sub me milites: & dico huic uade, & vadit, & alio, ueni, & uenit, & seruo meo, fac hoc, & facit. Audiens autem Iesus, miratus est & sequentibus se, dixit. Amen dico uobis, non inueni tantam fidem in Israël. Dico autem uobis, quod multi ab oriente & occidente uenient, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno calorum: filij autem regni ei-

cientur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus, & stridor dentium. Et dixit Iesus Centurioni. Vade: & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora. **Credo. Offertor. Dextera Domini** fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me: dextera Dñi fecit virtutem, non moriar, sed viuam: & narrauo opera Domini. **Secreta**

**H**æc hostia, quaesumus, Dñe, emundet nostra delicta: & ad sacrificiũ celebrandum, subditorum tibi corpora mentesque sacrificet. Per Dñm.

**Pro sancta Maria. Secreta.**

**M**vneribus nostris, quaesumus, Domine, precibusque susceptis: & caelestibus nos munda mysterijs & clementer exaudi.

**Pro Papa. Secreta.**

**O**elatis, quaesumus, Domine, placare muneribus: & famulum tuum. **N.** quem pastorem Ecclesiae tuae praesse voluisti, assidua protectione governa. Per Dominum.

**Vel contra persecutores Ecclesiae.**

**Secreta: Protege. vt in Dñica praeterita. Communio.** Mirabantur omnes de his, quae procedebant de ore Dei.

**Postcommunio.**

**Q**vos tantis, Domine, largiris vt mysterijs: quaesumus, vt effectibus nos eorum veraciter aptare digneris. Per Dominum.

**De sancta Maria. Postcommunio.**

**H**æc nos comunio, Domine, purget à crimine & intercedete beata Dei genitrice Maria, caelestis remedijs faciat esse consortes.

**Vel pro Papa. Postcommunio.**

**H**æc nos, quaesumus Domine, diuini sacramenti perceptio protegat: & famulum tuum **N** quem pastorem Ecclesiae tuae praesse voluisti, vnacum commisso sibi grege saluet semper, & muniat. Per Dominum.

**Vel contra persecutores Ecclesiae. Postcom. Quaesumus. vt in dñica praeterita.**

**DOMINICA QVARTA**

**Post Epiphaniam. Introitus.**



Dorate Deum oēs angeli ei⁹ audiuit & letata est Sion & exultauerunt filiae Iudæ. **Psal.** Ps. 69.

Dominus regnauit, exultet terra: laetentur insulae multae. **Psal.** Ibidé.  
Gloria patri. **Oratio.**

**D**eus, qui nos in tantis periculis constitutos, pro humana, scis, fragilitate non posse subsistere: da nobis salutem mentis & corporis: vt ea, quae pro peccatis nostris patimur, te adiuuante, vincamus. Per Dominum.

**De sancta Maria. Oratio.**

**D**eus, qui salutis aeternae beatae Mariae virginitate fecunda, humano generi praemia praestitisti: tribue quaesumus: vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitae suscipere, Dñm nostrum Iesum Christum filium tuum.

**Contra persecutores Ecclesiae.**

**Oratio.**

**E**cclésię tuę, quaesumus, Dñe, preces placatus admitte: vt destruas aduersitatibus, & erroribus vniuersis: secunda tibi seruiat libertate.

Per



Per Dōminum. *Vel pro Papa.*  
Deus omnium fideliū. *vt in Domi-  
nia præcedenti.*

*Lectio epistolæ beati Pauli  
apostoli ad Romanos.*

*Cap. 13* **F**ratres: Nēmini quicquam debeā-  
tis: nisi, vt inuicem diligātis. Qui  
enim diligit prōximum, legem im-  
plēuit. Nam, non adulterābis: nō oc-  
cides: non furaberis: non falsum testi-  
mōnium dices: non concupisces: & si  
quod est aliud mandatum, in hoc ver-  
bo instauratur: diliges prōximum tuū  
sicut teipsum. Dilēctio prōximi, ma-  
lum non operatur. Plenitudo ergo le-  
gis, est dilēctio. *Ps. 102.*

*Ps. 69.* *Graduale.* Timebūt  
gentes nomen tuum Dōmine, & om-  
nes reges terræ gloriā tuam. *Ps.* Quō-  
niam ædificauit Dōminus Sion, & vi-  
debitur in maiestāte sua. *Ps.* Alleluia, al-  
leluia. *Ps.* Dñs regnauit, exultet terra:  
lætentur insulæ multæ, alleluia.

*Sequentia sancti euangēlij  
secūndum Matthæum.*

*Cap. 8.* **I**n illo tempore: Ascendente Iesu in  
nauiculam, secuti sunt eum discipu-  
li eius. Et ecce, motus magnus factus  
est in mari, ita vt nauicula operiētur  
fluctibus. Ipse verò dormiēbat. Et ac-  
cesserunt discipuli eius, & suscitauē-  
runt eum, dicentes. Dōmine, salua-  
nos, perimus. Et dicit eis. Quid timi-  
di estis modicæ fidei? Tunc surgēs im-  
perauit ventis & mari: & facta est trā-  
quillitas magna. Porro homines mi-  
rati sunt, dicētes. Qualis est hic, quia  
venti & mare obediunt ei? *Ps. 117.* *Credo.*

*Ps. 117.* *Offertor.* Dextera Dōmini fecit vir-

tutem, dextera Dōmini exaltauit me  
dextera Dñi fecit virtutem: non mō-  
riar, sed viuar: & narrābo ōpera Do-  
mini.

*Secreta.*

**C**oncēde, quæsumus, omnipotēs  
Deus: vt huius sacrificij munus  
oblātū fragilitātem nostram ab omni  
malo purge t semper, & mūniat. Per.

*De sancta Maria. Secreta.*

**M**Vneribus nostris, quæsumus  
Dōmine, precibusq; succēptis:  
& cælestibus nos munda mysterijs, &  
clementer exaudi.

*Cōtra persecutores Ecclesię. Secreta.*

**P**rotege nos, Domine, tuis mystē-  
rijs seruiētes: vt, diuinis rebus  
in hærētes & corpore tibi famulēmur  
& mente. Per Dōminum.

*Vel pro Papa. Secreta.*

**O**blātis. *vt in Dominica præcedēti*  
*Communio.* Mirabantur omnes  
de his, quæ procedēbant de ore Dei.

*Postcōmunio.*

**M**Vnera tua nos, Deus, à delecta-  
tiōibus terrenis expēdiant: &  
cælestibus semper instaurent alimē-  
tis. Per Dōminum.

*De sancta Maria. Postcōmunio.*

**H**Æc nos cōmunio, Dōmine, pur-  
get à crimine: & intercedente  
beāta Dei genitrice Maria, cælestis re-  
mēdij faciat esse consortes. *Cōtra per-  
secutores Ecclesię. Postcōmunio.*

**Q**uæsumus, Dñe, Deus nost-  
ros quos diuina tribuis par-  
te gaudere, humanis non  
cēre periculis. Per Dō-

*Vel pro Papa.*

Hæc nos. vt in Dominica præterita.

**DOMINICA QUINTA**  
post Epiphaniam. Introitus.



Dorâte Deum oēs an-  
geli eius, audiuit & læ-  
tata est Sion & exul-  
uerunt filia Iudæ.

**Plalm.**

Dominus regnauit, exultet terra: læ-  
tentur insule multe. ✠ Gloria patri.

**Oratio.**

**F**amiliam tuam, quæsumus Dō-  
mine: continua pietate custodi: vt  
quæ in sola spe gratiæ celestis inniti-  
tur, tua semper protectiōne muniā-  
tur. Per Dōminum.

Post festū Purificationis dicitur se-  
cunda oratio, A cunctis nos quæsumus  
dñe. vt infra in Dñica Septuagesimæ  
Et tertia oratio ad libitū sacerdotis.

**Lectio epistolæ beati Pauli apo-  
stoli ad Colossenses**

**F**ratres: Induete vos, sicut electi  
Dei sancti, & dilecti viscera mise-  
ricordiæ, benignitatem, humilitatem,  
modestiam, patientiam, supportan-  
tes inuicem: & donantes vobismetipsis  
si quis aduersus aliquem habet querelam.  
Sicut & Dñs donauit vobis: ita  
& vos. Super omnia autem hæc, cha-  
ritatem habentes, quod est vinculum  
perfectiōnis Et pax Christi exultet in  
cordibus vestris, in qua & vocati estis  
in corpore. & grati estote. Verbum  
habitet in vobis abundanter,  
sapientia: docentes & com-  
uolmetiplos, in psalmis,  
canticis spiritualibus, in

gratia cantantes in cordibus vestris dño  
Omne quodcumque facitis in verbo aut  
in opere: omnia in nomine Dñi nostri  
Iesu Christi facite, gratias agentes Deo  
& patri, per Iesum Christum dñm nostrum.

**Graduale.** Timebunt gentes nomē  
tuū, Domine, & omnes reges terræ  
gloriam tuam. ✠ Quoniam adifi-  
cauit Dominus Sion: & videbitur in  
maiestate sua. Alleluia, alleluia. ✠

Dominus regnauit, exultet terra: læ-  
tentur insule multe, alleluia.

**Sequentia sancti euangeliij  
secundum Matthæum**

**I**n illo tempore: Dixit Iesus discipu-  
lis suis parabolam hanc. Simile fa-  
ctum est regnū cælorum homini, qui  
seminauit bonum semē in agro suo.  
Cum autem dormirent homines ve-  
nit inimicus eius, & super seminauit  
zizania in medio tritici, & abiit. Cū  
autem creuisset herba, & fructum fe-  
cisset, tunc apparuerunt & zizania.  
Accedentes autem, serui patris fami-  
lias, dixerunt ei. Domine, nonne bo-  
nū semen seminasti in agro tuo? Vn-  
de ergo habet zizania? Et ait illis. In-  
imicus homo hoc fecit. Serui autē di-  
xerunt ei. Visimus, & colligimus e:  
Et ait. Non: ne forte colligentes zi-  
zania, eradicetis cum eis simul & tri-  
ticum. Sinite vtraque crescere vsque  
ad messem: & in tempore messis di-  
cam messoribus. Colligite primum  
zizania, & elligete ea in fasciculos ad  
comburendum: triticum autem con-  
gregate in horreum meum. **Credo.**  
**Quertor.** Dextera Dñi fecit virtutē,  
dexte

dextera dñi exaltauit me: dextera dñi fecit virtutē: non moriar, sed viuā: & narrabo ópera Dómini. *Secreta.*

**H**ostias tibi, Domine, placatiōnis offerimus: vt & delicta nostra miseratus absoluas, & nutantia corda tu dirigas. Per Dóminum.

*Luc. 4.* *Cómunio.* Mirabantur oēs de his, quæ procedebant de ore Dei.

*Postcómunio.*

**Q**uæsumus, omnipotens Deus, vt illius salutāris capiāmus effectum: cuius per hæc mystēria pignus accēpimus. Per Dominum.

**DOMINICA SEXTA.**  
post Epiphaniam. *Introitus.*

*Psa. 69.*



**A**dorate Deum oēs angeli ei⁹ audiuit & letata est Sion & exultauerūt filia Iudæ. *Psa. 69.*

*Ibidē.*

Dominus regnauit, exultet terra: lætentur insulæ multæ. *Ps.*

*Gloria patri.* *Oratio.*

**P**ræsta, quæsumus omnipotēs Deus: vt semper rationabilia meditantēs, quæ tibi sunt placita, & dictis exequāmur, & factis. Per Dominum.

*Secunda oratio, A cunctis. Tertia adhibitum, vt in Septuagesima.*

*Lectio. epistolæ beati Pauli apostoli ad Thessalonicenses.*

*Ca. 11.*

**F**ratres: Grátias ágimus Deo semper pro ómnibus vobis: memoriā vestri faciens in oratiōnibus nostris, sine intermissiōne, memores óperis fidei vestræ & labōris, & charitatis, & sustinētiæ spei domini nostri Iesu Christi, ante Deū & patrem nostrū.

Sciētes fratres dilēcti à Deo electiōnem vestram: quia euangelium nostrum non fuit ad vos in sermōne tantū, sed & in virtute, & in spiritu sancto, & in plenitudine multa: sicut sciitis quales fuērimus in vobis propter vos. Et vos imitatōres nostri facti estis & Dñi: excipiētes verbū in tribulatiōne multa cum gāudio spiritus sancti: ita vt facti sitis forma ómnibus cédētibus in Macedōnia & in Achāia. A vobis enim diffamatus est sermo Dómini: non solum in Macedōnia & in Achāia, sed & in omni loco fides vestra, quæ est ad Deum, profecta est, ita vt non sit nobis necesse quicquam loqui. Ipsi enim de nobis annunciant qualem introitū habuerimus ad vos & quomodo cōuersi estis ad Deum à simulacris, seruīte Deo viuo & vero: & expectāre filium eius de cælis (quē scuscitauit ex mortuis) Iesum, qui eripuit nos ab ira ventūra.

*Graduale.* Timēbunt gentes nomen tuum Dómine & omnes reges terræ glóriam tuam. *Ps.* Quoniam ædificauit Dóminus Sion, & videbitur in maiestāte sua. Alleluia, alleluia. *Ps.* Dóminus regnauit exultet terra: lætentur insulæ multæ, alleluia.

*Sequētia sancti euangēlij secundum Matthæum.*

**I**n illo tēpore: Dixit Iesus turbis parabulam hāc. Simile est regnum cælōrum grano sinapis: quod accipiens homo seminauit in agro suo: quod minimum quidem est ómnibus seminibus. Cū autem creuerit, ma-

ius est omnibus olivibus: & fit arbor, ita ut volucres cæli veniant, & habitent in ramis eius. Aliam parabolam locutus est eis. Simile est regnum cælorum fermento: quod acceptum mulier abscondit in farinae satis tribus, donec fermentatum est totum. Hæc omnia locutus est Iesus in parabolis ad turbas: & sine parabolis non loquebatur eis: ut impleretur quod dictum est per prophetam dicentem. Aperiam in parabolis os meum: & eructabo abscondita à constitutione mundi. **C**redo. **Offertor.**

**D**extera Dñi fecit virtutem: dextera Dñi exaltauit me: dextera Dñi fecit virtutem: non moriar, sed viuam: & narrabo opera Dñi. **Secreta.**

**H**æc nos oblatio, Deus, mundet, quaesumus, & renouet, gubernet & protegat. Per Dominum.

**De sancta Maria. Secreta.**

**M**uneribus nostris, quaesumus Domine, precibusque susceptis: & caelestibus nos munda mysterij, & clementer exaudi.

**Contra persecutores Ecclesiae.**

**Secreta.**

**P**rotege nos, Domine, tuis mysterijs seruientes: ut, diuinis rebus inherentes, & corpore tibi famulemur, & mente. **Vel pro Papa. Secreta.**

**O**blatis, quaesumus Domine, placare muneribus: & famulum tuum. N. quem pastorem Ecclesiae tuae praesse voluisti, assidua protectione gubernata. Per Dominum.

**Communio.** Mirabantur omnes de his, quae procedebant de ore Dei.

**Postcommunio.**

**C**ælestibus, Domine, pasti delicijs, quæsumus: ut sepe eadem, per quæ veraciter viuimus, appetamus. Per dominum.

**De sancta Maria. Postcommunio.**

**H**æc nos communitio, Domine, purget à crimine: & intercedente beata Dei genitrice Maria, caelestis remedij faciat esse confortes.

**Contra persecutores Ecclesiae.**

**Postcommunio.**

**Q**uaesumus, Domine, Deus noster: ut quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non finas subiacere periculis. Per Dominum.

**Vel pro Papa. Postcommunio.** Hæc nos, ut in Dominica praeterita.

**DOMINICA IN SE**

**ptuagesima.**

**Statio ad sanctum Laurentium extra muros. Introitus.**



**I**rcundederunt me gemitus mortis: dolores inferni circundederunt me: & in tribulatione mea inuocaui Dominum, & exaudiuit de templo sancto suo vocem meam. **Pf. 17.**

**Psalm.** Diligam te Domine fortitudo mea, Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. **Ibidem.**

**Antiphona.** Gloria patri. Non dicitur Gloria in excelsis. a Dominica Septuagesimae usque ad Pascha, exceptis feriis quinta in Cena Domini, & Sabbatho sancto, & quando dicitur Missa de festo.

**Oratio.**

**P**reces populi tui, quaesumus Domine, clementer exaudi: ut qui iuste

stè pro peccatis nostris affligimur,  
pro tui nòminis glòria misericorditer  
liberemur. Per Dòminum.

*Ad poscenda suffragia sanctorum.*

*Oratio.*

**A** Cunctis nos, quæsumus Dñe, mē-  
tis & còrporis defende periculis:  
& intercedente beata & gloriósa sem-  
perque vírgine Dei genitríce Maria,  
cum beatis apóstolis tuis Petro & Pau-  
lo, atque beato N. & omnibus sanctis  
salutem nobis tribue benignus & pa-  
cem: vt destrúctis aduersitatibus & er-  
roribus vniuersis, Ecclesiá tua secura  
tibi seruiat libertáte.

*Tertia oratio dicitur adhibitum sa-  
cerdotis. Sic dicitur secunda & tertia  
oratio a festo Purificationis vsq; ad fe-  
riá quartá Cinerum exclusuè, quan-  
do non est duplex: nisi Dñica Septua-  
gesimæ venerit ante festú Purificatio-  
nis, vel in ipsa die Purificationis: quia  
tunc dicuntur Orationes sicut in Do-  
minica secúda post Epiphaniá, de san-  
cta Maria, & contra persecutores Ec-  
clesiæ, vel pro Papa. Simili modo fiat  
in Sexagesima, & Quinquagesima.*

*Lectio epistolæ beati Pauli  
apóstoli ad Corínthios.*

**Ca. 6.** **F** Ratres: Nescitis quòd hi qui in stá-  
dio currunt, omnes quidem cur-  
runt: sed vnus accipit brauiú? Sic cúr-  
ri te, vt còprehendatis. Omnes autem  
qui in agòne contédit: ab omnibus se  
abstinet. Et illi quidè, vt corruptibile  
coróná accipiát: nos auté in corruptá.  
Ego igitur sic curro, non quasi in in-  
certú: sic pugno, non quasi aërem ver-

berás: sed castigo corpus meú, & in ser-  
uitútem redigo: ne fortè cū alijs præ-  
dicauerim, ipse reprobus efficiar. No-  
lo enim vos ignorare fratres: quóniá  
patres nostri oēs sub nube fuerunt: &  
ónes mare transierunt, & omnes in  
Moysè baptizati sūt in nube & in ma-  
ri. Et omnes eandem escam spirituále  
manducauerūt, & omnes eundem po-  
tú spirituálem bibērunt. Bibebant au-  
tem de spirituáli, consequente eos, pe-  
tra: petra auté erat Christus. Sed non  
in plúribus eorú beneplacitú est Deo.

*Graduale.* **A** diutor in opportuni-  
tátibus, in tribulatione: sperent in te,  
qui nouerunt te: quóniam non dere-  
linquis quærentes te Dñe. *Ps.* Quóni-  
am non in finé obliuio erit pauperis:  
patientia pauperú non peribit in aetér-  
nū: exúrge Dñe, nō preualeat ho-

*Tractus.* **D**eprofundis clamaui ad  
te Dòmine, Dòmine exaudi vocem  
meam. *Ps.* Fiant aures tuæ intenden-  
tes orationem serui tui. *Ps.* Si iniquita-  
tes obseruaueris Dòmine, Dòmine  
quis sustinèbit? *Ps.* Quia apud te pro-  
pitiatio est, & propter legem tuam su-  
stinui te Dòmine.

*A Septuagesima vsque ad feriam  
quartam Cinerum Tractus dicitur tã-  
tum in Dñicis & Festis: in ferijs autem  
quando repetitur Missa de Dominica  
non dicitur, sed tantum Graduale.*

*Sequentia sancti euangelij  
secundum Mattheum.*

**I**n illo tempore: Dixit Iesus discipu-  
lis suis parabolam hác. Simile est re-  
gnum calòrú homini patrifamilias

qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suam. Conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno, misit eos in vineam suam. Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro ociosos, & dixit illis. Ite & vos in vineam meam: & quod iustum fuerit, dabo vobis. Illi autem abiierunt. Iterum autem exijt circa sextam & nonam horam: & fecit similiter. Circa vndecimam vero exijt, & inuenit alios stantes, & dicit illis. Quid hic statis tota die ociosi? Dicunt ei. Quia nemo nos conduxit. Dicit illis. Ite & vos in vineam meam. Cum sero autem factum esset, dicit Dominus vinee procuratori suo. Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens a nouissimis vsque ad primos. Cum venient ergo qui circa vndecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios. Venientes autem & primi, arbitrati sunt quod plus essent accepturi: acceperunt autem & ipsi singulos denarios. Et accipientes, murmurabant aduersus patrem familias, dicentes. Hi nouissimi vna hora fecerunt: & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei & aestus? At ille respondens, vni eorum dixit. Amice, non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario conuenisti mecum? Tolle quod tuum est, & vade. Volo autem & huic nouissimo dare, sicut & tibi. Aut non licet mihi, quod volo, facere? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Sic erunt nouissimi, primi, & primi, nouissimi. Multi enim sunt vocati: pau-

ci vero electi.

**Credo.**

**Offertorium.** Bonum est confiteri Domino, psallere nomini tuo altissime. **Ps. 91.**

**Secreta.**

**M** Vneribus nostris, quaesumus Domine, precibus que susceptis & caelestibus nos munda mysterijs, & clementer exaudi. Per Dominum,

**Alia Secreta.**

**E** Xaudi nos Deus salutaris noster: ut per huius sacramenti virtute, a cunctis nos mentis & corporis hostibus tuearis: gratiam tribuens in praesenti, & gloriam in futuro.

**Tertia ad libitum.**

**Comunio.**

**I** llumina faciem tuam super seruum tuum, & saluum me fac in tua misericordia: Domine non confundar, quoniam inuocaui te. **Ps. 135.**

**Postcommunio.**

**F** idèles tui Deus per tua dona firmantur: ut eadem & percipiendo requirant, & quaerendo sine fine percipiant. Per Dominum.

**Alia Postcommunio.**

**M** Vndet, & muniat nos quaesumus Dñe, diuini sacramenti munus oblatum: & intercedente beata virgine Dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis: a cunctis nos reddat & peruersitatibus expiatis, & aduersitatibus expeditos.

**Tertia ad libitum.** Benedicamus Domino. **Deo gratias.**

**DOMINICA IN SEPTUAGESIMA.**

**Statio ad sanctum Paulum.**

**Introitus.**

Exur-

Ps. 43.



Xurget, quare obdormis dñe? exurge, & ne repellas in finē: quare faciē tuam auertis, obliuisceris tribulationē

nostram? ad hæ sit in terra venter noster: exurge Dñe adiuua nos, & libera nos. **Psalm.** Deus, auribus nostris audiuius: patres nostri annunciauerunt nobis. **¶** Glória patri. **Oratio.**

Ibidē.

**D**eus qui conspicias, quia ex nulla nostra actione confidimus, concede propitius: vt contra aduersa omnia, doctoris gentiū protectione muniamur. Per Dōminum.

**Ad poscenda suffragia sanctorum.**

**Oratio.**

**A**cunctis nos, quesumus Dñe, mentis & corporis defende periculis: & intercedente beata & gloriosa semperque virgine Dei genitrice Maria, cū beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato **N.** & omnibus sanctis, salutem nobis tribue benignus & pacē: vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, Ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. **Tertia ad libitum.**

**Lectio epistolę beati Pauli**

**apostoli ad Corinthios.**

2<sup>a</sup> Cor. 11 & 12.

**F**ratres: Libenter suffertis insipientes: cum sitis ipsi sapientes. Sustinētis enim, si quis vos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur: si quis in faciem vos cædit. Secundum ignobilitatē dico, quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audet (in insipientia dico) audio & ego. Hebræi sunt:

& ego. Israelitæ sunt: & ego. Semen Abrahamæ sunt, & ego. Ministri Christi sunt, & ego: vt minus sapiens dico, plus ego. In laboribus plurimis, in carceribus abundantibus, in plagis supra modum: in mortibus frequenter. A Iudeis, quinquies: quadragenas vna minus accēpi. Ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sū, ter naufragium feci, nocte & die in profundum maris fui. In itineribus sepe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus. In labore & ærumna, in vigilijs multis: in fame & siti: in ieiunijs multis: in frigore & nuditate. Præter illa, quę extrinsecus sunt: instatia mea quotidiana, sollicitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Si gloriari oportet: quę in firmitatis meę sunt, gloriabor. Deus & pater Dōmini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in sæcula, scit quod non mentior. Damasci, præpositus gentis Aræ regis, custodiebat ciuitatem Damascenorum, vt me comprehenderet: & per fenestram in sporta dimissus sum per murum: & sic fugi manus eius. Si gloriari oportet, non expedit quidem. Veniam autē ad visiones & reuelationes Dōmini. Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit: raptum huiusmodi vsq; ad tertium cælum. Et

scio huiusmodi hominem, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit: quoniam raptus est in paradisu: & audiuit arcana verba, que non licet homini loqui. Pro huiusmodi gloria bor: pro me autem nihil gloriabor, nisi in firmitatibus meis. Nam & si voluero gloriari, non ero insipiens. Veritate enim dicam. Parco autem: ne quis me existimet supra id quod videt in me, aut audit aliquid ex me. Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis mee angelus satanae, qui me colaphizet: propter quod ter Dominum rogavi, ut discederet a me: & dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in firmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis: ut inhabitet in me virtus Christi.

**Graduale.** Sciant gentes, quoniam nomen tibi Deus: tu solus altissimus super omnem terram. Deus meus pone illos ut rotam, & sicut stipulam ante faciem venti

**Tractus.** Comouisti Domine terram, & conturbasti eam. Sana contritiones eius: quia mota est. Ut fugiat a facie arcus: ut liberentur dilecti tui.

**Sequentia sancti euangelij  
secundum Lucam**

**I**n illo tempore: Cum turba plurima conuenirent, & de ciuitatibus properarent ad Iesum, dixit per similitudinem. Exiit qui seminat seminandum semine suum. Et dum seminat, aliud cecidit secus viam, & conculcatum est: & volucres caeli comederunt illud. Et aliud cecidit supra petram: & natum

aruit, qui non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas: & simul exortae spinae suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam: & ortum, fecit fructum centuplum. Haec dicens, clamabat. Qui habet aures audiendi, audiat. Interrogabant autem eum discipuli eius, quae esset haec parabola. Quibus ipse dixit. Vobis datum est nosse mysterium regni Dei: caeteris autem in parabolis, ut videntes non videant, & audientes non intelligant. Est autem haec parabola. Semen est verbum Dei. Quod autem secus viam: hi sunt qui audiunt, deinde venit diabolus & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salui fiant. Nam quod supra petram, hi sunt, qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum: & hi radices non habent: quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Quod autem in spinis cecidit: hi sunt, qui audierunt, & a sollicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus vitae, euntes, & suffocantur, & non referunt fructum. Quod autem in terram bonam: hi sunt, qui in corde bono & optimo, audientes, verbum retinent, fructum afferunt in patientia.

**Offertorium.** Perfice gressus meos in semitis tuis, ut non meueantur vestigia mea: inclina aurem tuam, & exaudi verba mea: mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te Domine.

**Secreta.**

**O**blatum tibi Domine sacrificium viuificet nos semper, & muniat.

Per.

**Alia Secreta.**



**E**xaudi nos Deus salutaris noster  
vt per huius sacramenti virtutem  
a cunctis nos mentis & corporis hosti-  
bus tuearis: gratiam tribuens in prae-  
senti, & gloriam in futuro.

Pf. 142

**Communio.** Introibo ad altare  
Dei, ad Deum, qui laetificat iuuentu-  
te meam. **Postcommunio.**

**S**upplices te rogamus omnipotes  
Deus: vt quos tuis reficis sacramen-  
tis: tibi etiam placitis moribus dignan-  
ter deseruire concedas. Per Dnm.

**Alia Postcomunio.**

**M**undet, et muniat nos, quaesu-  
mus Domine, diuini sacramen-  
ti munus oblatum, et intercedente bea-  
ta virgine Dei genitrice Maria, cum  
beatis apostolis tuis Petro et Paulo, at-  
que beato N. et omnibus sanctis: a  
cunctis nos reddat & peruersitatibus  
expiatos, & aduersitatibus expeditos.  
Benedicamus Dno. *Ps.* Deo gratias.

**DOMINICA QVINQVA-  
gesimae. Statio ad sanctum Petrum.**

**Introitus.**

Pf. 30.



Sto mihi in Deum Pro-  
tectorem, & in locum  
refugij, vt saluum me  
facias, quoniam firma-  
mentum meum, & re-  
fugium meum es tu: & propter nome-  
n tuum dux mihi eris enutries me. **Psalm.**

Ibidem.  
& Pf.  
70

In te Domine speraui, non confundar  
in aeternum: in iustitia tua libera me.

**Gloria patri. Oratio.**

**P**reces nostras, quaesumus Domi-  
ne, clementer exaudi: atque a pec-  
catorum vinculis absolutos, ab omni

nos aduersitate custodi. Per Dnm.

**Ad poscenda suffragia sanctorum. Oratio.**

**A**cunctis nos, quaesumus Domi-  
ne, mentis & corporis defende  
periculis: & intercedente beata & glo-  
riosa semperque virgine Dei genitri-  
ce Maria, cum beatis apostolis tuis Pe-  
tro & Paulo, atque beato N. & omnibus  
sanctis, salutem nobis tribue benignus  
& pace: vt destructis aduersitatibus &  
erroribus vniuersis Ecclesia tua secura  
tibi seruiat libertate. **Tertia ad libitum.**

**Lectio epistolae beati Pauli**

**apostoli ad Corinthios**

**F**ratres. Si linguis hominum loquar  
& angelorum: charitatem autem  
non habeam: factus sum velut aes lo-  
nans, aut cymbalum tinnens. Et si ha-  
buero prophetiam, & nouerim myste-  
ria omnia, & omnem scientiam:  
habuero omnem fidem, ita vt motes  
transferam, charitatem autem non ha-  
buero: nihil sum. Et si distribuero in ci-  
bos pauperum omnes facultates meas:  
& si tradidero corpus meum ita vt arde-  
am, charitatem autem non habuero: nihil  
mihi prodest. Caritas patiens est; be-  
nigna est. Caritas non aemulamur,  
non agit perperam: non inflatur, non  
est ambitiosa: non quaerit quae sua sunt:  
non irritatur: non cogitat malum: non  
gaudet super iniquitatem non gaudet  
autem veritati. Omnia suffert, omnia  
credit, omnia sperat, omnia sustinet.  
Caritas nunquam excidit: siue pro-  
phetiae euacuabuntur siue linguae ces-  
sabunt; siue scientia destruatur. Ex par-  
te enim cognoscimus, & ex parte pro-

phetamus. Cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Cum essem paruulus, loquebar ut paruulus, sapiebam ut paruulus, cogitabam ut paruulus. Quando autem factus sum vir: euacuavi quae erant paruuli: Videmus nunc per speculum in aenigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Nunc autem manet, fides, spes, charitas, tria haec: maior autem horum est charitas.

6. **Graduale.** Tu es Deus, qui facis mirabilia solus: notam fecisti in gentibus virtutem tua. **Ps.** Liberasti in brachio tuo populum tuum, filios Israel, & Ioseph. **Tractus.** Iubilate Deo omnis terra: seruite Domino in letitia. **Ps.** Istrate in conspectu eius in exultatione: scitote, quod Dominus ipse est Deus. **Ps.** Ipse fecit nos, & non ipsi nos: nos autem populus eius, & oves pascuae eius.

**Sequentia sancti euangelij  
secundum Lucam.**

8. **I**n illo tempore. Assumpsit Iesus duodecim discipulos suos secretim, & ait illis. Ecce ascendimus Hierosolimam: & consumabuntur omnia quae scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus, & ludetur, & flagellabitur, & conspuetur. Et postquam flagellauerint, occident eum: & die tertia resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt. Erat autem verbum istud absconditum ab eis: & non intelligebant quae dicebantur. Factum est autem, cum appropinqua-

ret Iericho, cecus quidam sedebat secus viam, mendicans, Et cum audiret turbam praeteruentem, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autem ei quod Iesus Nazarenus transiret. Et clamauit dicens. Iesu fili David miserere mei. Et qui praebant, increpabant eum, ut taceret. Ipse vero multo magis clamabat, Fili David miserere mei: Stans autem Iesus, iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset, interrogauit illum: dicens. Quid tibi vis faciam? At ille dixit Domine, ut videam. Et dixit illi Iesus. Respice. Fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit: & sequebatur illum, magnificans Deum. Et omnis plebs ut vidit, dedit laudem Deo.

**Offertorium.** Benedictus es Domine, doce me iustificationes tuas: in labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui. **Secretra.**

**H**aec hostia, quaesumus Domine, emundet nostra dilicta: & ad sacrificium celebrandum, subditorum tibi corpora, mentesque sanctificet. Per Dominum. **Alia Secretra.**

**E**xaudi nos Deus salutaris noster: ut, per huius sacramenti virtute, a cunctis nos mentis, & corporis hostibus tuearis: gratiam tribuens in presenti, & gloriam in futuro. Per Dominum nostrum.

**Communio.** Manducauerunt, & saturari sunt nimis, & desiderium eorum attulit eis Dominus: non sunt fraudati a desiderio suo. **Postcommunio.**

**Q**uesumus omnipotens Deus: ut qui caelestia alimenta percipimus

mus: per hæc contra omnia aduersa  
muniamur. Per Dóminum.

**Alia Postcomunio.**

**M**Vndet, & múniat nos, quæsu-  
mus Dñe, diuini sacramenti mu-  
nus oblatum: & intercédete beata vir-  
gine Dei genitrice Maria, cum beatis  
apóstolis tuis Petro & Paulo, atq; beá-  
to **N.** & omnibus sanctis, à cunctis  
nos reddat & peruersitatib⁹ expiátos,  
& aduersitatibus expeditos. Per dñm.

**B**enedicamus Dño. **R.** Deo gratias.

**FERIA QVARTA**

**Cinerum, ante Missam benedicuntur  
cineres facti de ramis oliuæ benedictis  
præteriti anni, hoc modo. Primo can-  
tatur Antiphona.**

Pf. 86.



**X**audi nos Dómine:  
quóniam benigna est  
misericórdia tua: & se-  
cúndum multitudinem  
misericórdiarum tuarum  
respice nos Dómine.

**Psalm.** Saluum me fac Deus: quóniam  
intrauerunt aquæ usque ad ani-  
mam meam. **V.** Gloria patri. **Repeti-  
tur.** **X**audi nos Dómine. **Deinde di-  
citur.** Dóminus vobiscum. **R.** Et cum  
spiritu tuo. **Oremus.**

**O**Mnipotens sempitérne Deus,  
parce peniténtibus, propitiare  
supplicantibus: & mittere dignêris sá-  
ctum ángelum tuum de cælis, qui be-  
ne **X** dicat, & sancti **X** ficet hos cine-  
res: vt sint remédium salubre omni-  
bus nom en sanctum tuum humiliter  
implorantibus: ac semetipsos pro con-  
tia delictorum suorum accusan-

tibus, ante cōspéctum diuinæ clemé-  
tiæ tuæ facinora sua deplorátibus: vel  
sereníssimam pietatem tuam suppli-  
citer obnixèque flagitantibus: & præ-  
sta per inuocatióem sanctíssimi nó-  
minis tui: vt quicúnque eos super se  
asperferint, pro redemptiône pecca-  
torum suorum, córporis sanitatem,  
& animæ tutelá percipiant. Per Chri-  
stum Dóminum nostrum. **R.** Amén.

**Oremus.**

**D**Eus, qui non mortem, sed peni-  
tentiám desideras peccatorum:  
fragilitatem conditionis humanæ be-  
nigníssimè respice: & hos cineres,  
quod causa proferendæ humilitatis,  
atque promerendæ veniæ, capitibus  
nostris impóni decernimus, bene **X**  
dicere pro tua pietate dignare: vt, qui  
nos cineres esse, & ob prauitatis  
nostræ meritum in puluerem reuersuros  
cognoscimus, peccatorum omnium  
veniám, & præmiá peniténtibus re-  
pro missa, misericorditer cōsequi me-  
reámur. Per Christum Dóminum no-  
strum. **R.** Amén. **Oremus.**

**D**Eus, qui humiliatióne flécteris,  
& satisfactiône placaris: aurem  
tuæ pietatis inclina precibus nostris:  
& capitibus seruorum tuorum, ho-  
rum cinerum aspersiône attactis, ef-  
funde propitiús gratiam tuæ bene **X**  
dictionis: vt eos, & spírítu compun-  
ctiõnis repleas, & quæ iustè postulaue-  
runt, efficaciter tribuas: & cōcessis per  
pætua stabilitate intactos manere de-  
cernas. Per Christum Dóminum no-  
strum. **R.** Amén. **Oremus.**

**O**Mnipotens sempiterne Deus, qui Niniuitis, in cinere & cilicio paenitentibus, indulgentiae tuae remedia praestitisti: concede propitius: ut sic eos imitemur habitu, quatenus veniae consequamur obtentu. Per dñm.

**Completa cinerum benedictione, primò imponitur cinis sacerdoti celebraturo Missam ab alio sacerdote, si adest: alioquin sacerdos, ipsemet genibus flexis coram altari sibi ipsi cineres imponit: & cantatur statim à choro.**

**Antiphona.**

**I**mmutemur habitu, in cinere & cilicio: ieiunemus, & ploremus ante Dominum: quia multum misericors est dimittere peccata nra Deus noster.

**Alia antiphona.** Iuxta vestibulum & altare plorabunt sacerdotes ministri Domini, & dicent: parce Domine, parce populo tuo: & ne dissipet ora canentium te Domine. **Sequitur.**

**Be.** Emendemus in melius, quae ignoranter peccauimus: ne subito praecipitati die mortis, quaeramus spatium paenitentiae, & inuenire non possimus. Attende Domine, & miserere: quia peccauimus tibi. **Ps.** Adiua nos Deus salutaris noster: & propter honorem nominis tui Domine libera nos. Attende Domine. **Ps.** Gloria patri. Attende.

**Sacerdos verò dum cantantur Antiphonae, & responsorium: primo ministris stantibus genibus flexis coram altari, imponit cinerem, dicens.** Memento homo quia pulvis es, & in puluerem reuertetur. **Postea veniunt alij uno clerus per ordinem, deinde po-**

**pulus: & genibus flexis ante altare sigillatim recipiunt cineres à sacerdote, ut dictum est de ministris. Completa cinerum datione dicitur Dominus vobiscum. Crenus. Oratio.**

**C**oncede nobis Dñe praesidia militiae Christianae sanctis inchoare ieiunijs: ut contra spirituales nequitas pugnaturi, continentiae muniamur auxilijs. Per Christum Dominum nostrum. **Ps.** Amen.

**DEINDE DICITUR**

**Missae. Statio ad sanctam Sabinam.**

**Introitus.**



Misereris omnium Domine, & nihil odisti eorum quae fecisti: dissimulas peccata hominum propter paenitentiam: & parcens illis: quia tu es Dñe Deus noster. Sap. ii.

**Psalm.** Miserere mei Deus, miserere mei: quonia in te confidit anima mea. Ps. 56.

**Ps.** Gloria patri. **Orenus.**

**P**raesta, Domine, fidelibus tuis: ut ieiuniorum veneranda solemnia, & congrua pietate suscipiant, & secura deuotione percurrant. Per Dñm.

**Ab hac die vsque ad Dominicam de Passione post orationem dici dicuntur duae sequentes orationes.**

**Ad poscenda suffragia sanctorum.**

**Oratio.**

**A**cundis nos, quaesumus Domine, mentis & corporis defende periculis: & intercedente beata & gloriosa seperque virgine Dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro

& Paulo, atque beato **N.** & omnibus sanctis, salutem nobis tribue benignus & pacem: vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis. Ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. **Oratio.**

**O**mnipotens sempiternus Deus, qui viuorum dominaris simul & mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide & opere futuros esse prænoscis: te supplices exoramus: vt pro quibus effundere preces decreuimus, quosque vel praelens seculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore suscepit: intercedentibus omnibus sanctis tuis: pietatis tuae clementia, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Dñm.

**Lectio Ioëlis prophetae.**

**Cap. 2.** **H**æc dicit Dñs: Conuertimini ad me in toto corde vestro: in ieiunio, & fletu & planctu: & scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. Et conuertimini ad Dominum Deum vestrum: quia benignus & misericors est patiens & multae misericordiae: & prestabilis super malitia. Quis scit, si conuertatur, & ignoscat Deus: & relinquat post se benedictionem sacrificium & libamen Domino Deo nostro? Canite tuba in Sion: sacrificate ieiunium: vocate caetum: congregate populum: sanctificate ecclesiam: coadunate senes: congregate paruulos, & surgentes uerba. Egrediatur sponsus de cubili suo & sponsa de thalamo suo. Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes ministri Domini, & dicent. Parce domine parce populo tuo: & ne des heredi-

tatem tuam in opprobrium, vt dominetur eis nationes. Quare dicunt in populis: vbi est Deus eorum? Zelatus est Dominus terram suam: & pepercit populo suo. Et respondit Dominus, & dixit populo suo. Ecce ego mittam vobis frumentum, & vinum, & oleum: & replebitur in eis: & non dabo vos ultra opprobrium in gentibus: dicit Dominus omnipotens.

**Graduale.** Miserere mei Deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea. **V.** Missit de caelo, & liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me. **Tractus.** Domine non secundum peccata nostra, quae fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. **V.** Domine, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordiae tuae, quia pauperes facti sumus nimis. **Cum dicitur sequens versus genua flectitur.** **V.** Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

**Supradictus tractus ab hac die dicitur ij. iij. & vj. feria, vsque ad feriam quartam maioris Hebdomadae, nisi proprius assignetur.**

**Sequentia Sancti euangelij secundum Mattheum.**

**I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Cum ieiunatis nolite fieri, sicut hypocritae, tristes: Exterminant enim facies suas: vt appareant hominibus ieiunantes. Amen dic-

vobis: receperunt mercēdem suam. Tu autem cum ieiūnas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua: ne videaris hominibus ieiūnas: sed patri tuo, qui est in abscondito. Et pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. Nolite thesaurizare vobis thesauros, in terra: vbi ærugo & tinea demolitur & vbi fures effodiunt & furantur. The saurizare autem vobis thesauros in cælo: vbi neque ærugo neq; tinea demolitur: & vbi fures non effodiunt nec furantur. Vbi est enim thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.

**Offertorium.** Exaltābo te Dñe, quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me: Dñe clamavi ad te, & sanasti me. **Secreta.**

**E**Ac nos quæsumus Dōmine, his munēribus offerēdis conuenienter aptari, quibus ipsius venerabilis sacramenti celebrāmus exordium. Per Dōminum.

**Alia Secreta vsque ad Dominicam Passionis.**

**E**Xaudi nos Deus salutāris noster vt per huius sacramēti virtutem à cunctis nos mentis & corporis hostibus tuearis: grātiā tribuens in præsentī, & gloriā in futuro

**D**eus, cui soli cōgnitus est nūmerus electōrum in supēna felicitāte locāndus: tribue quæsumus: vt, in tercedētibz omnibus factis tuis, vniuersōrum, quos in oratiōne commēdatos suscepimus, et nōmina omnium fideliū beatæ prædīstīnatiōnis liberpta retineat. Per Dōminum.

**Præfatio.** Qui corporali ieiūnio. Et dicitur quotidie vsque ad Dñicam Passionis: etiam in Missa de festo, quādo propriam non habuerit.

**Cōmunio.** Qui meditabitur in lege Dñi die ac nocte, dabit fructum suum in tempore suo. **Postcōmunio.**

**P**ercēpta nobis Dñe præbeant sacramenta subsidium: vt tibi grata sint nostra ieiūnia, & nobis proficiant ad medēlam. Per Dōminum.

**Alia postcommuniones vsque ad Dominicam Passionis**

**M**Vndet, et mūniat nos, quæsumus Dōmine, diuini sacramēti munus oblātū, et intercedēte beatā vīrgine Dei genitrīce Maria, cum beātis apōstolis tuis Petro et Paulo, atque beāto. **N.** et omnibus sanctis: à cunctis nos reddat & peruersitatibus expiātos, & aduersitatibus expeditos.

**P**Vrīficient nos, quæsumus omnipotens & misericors Deus, sacramēta quæ sumpsimus: & intercedētibz omnibus sanctis tuis præsta: vt hoc tuum sacramētum non sit nobis reātus ad pēnam, sed intercēssio salutāris ad veniā: sit ablūtiō scelerum, sit fortitūdo fragilium, sit contra omnia mundi pericula firmamētum, sit viuōrum atque mortuōrum, remīssio omnium delictōrū. Per Dōminum nostrum.

**Deinde sacerdos absolute dicit Oremus.** Postea diaconus (si in officio diaconatu seruiat). **Humiliāte capita vestra Deo. Alioquin ipse sacerdos.**

**Super populum. Oratio.**

**I**nclinantes se, Dñe, maiestati tuæ,  
propitiatus intende: vt qui diuino  
munere sunt refecti, cælestibus sem-  
per nutriantur auxilijs. Per Dominũ.

*Et hic modus dicendi orationem  
super populum seruetur tantum mo-  
do in Missa de feria vsque ad quartam  
feriam maioris hebdomadæ.*

**B**enedicamus Dño. *℞.* Deo grãtias.

**FERIA QVINTA.**

*Statio ad sanctum Georgium.*

*Introitus.*

Pf. 54.



**D**um clamarem ad Dõ-  
minum, exaudiuit vo-  
cem meam ab his qui  
appropinquant mihi:  
& humiliavit eos qui

est ante sæcula, & manet in æternũ: ia-  
cta cogitatum tuum in Dño: & ipse te  
enutriet. *Psalm.* Exaudi Deus oratiõ-  
nem meam, & ne despexeris depreca-  
tionem meam: intende mihi & exau-  
di me. *℞.* Glõria patri. *Oratio.*

Ibede.

**D**eus qui culpa offenderis, pæni-  
tentiã placaris, preces pòpuli tui  
suplicantis propitiũ respice: & flagel-  
la tuæ iracundiæ. que pro peccãtis no-  
stris meremur, auerte. Per Dominum.

*Ad poscenda suffragia sanctorum.*

*Oratio.*

**A**cunctis nos, quæsumus Dõmi-  
ne, mentis & corpõris defende  
periculis: & intercedente beata & glo-  
riosa semperque virgine Dei genitri-  
ce Maria, cũ beatis apòstolis tuis Pe-  
tro & Paulo, atq; beato *N.* & omnibus  
sanctis, salutẽ nobis tribue benignus  
& pacem: vt destructis aduersitatibus

& erroribus vniuersis Ecclesia tua se-  
cũra tibi seruiat libertate. *Oratio.*

**O**mnipotens sempiternè Deus,  
qui viuõrum dominaris simul  
& mortuõrum, omniumque miserè-  
ris, quos tuos fide & opere futũros ef-  
se prænõscis: te supplices exorãmus:  
vt pro quibus effundere preces decrẽ-  
uimus, quosque vel prælens sæculum  
adhuc in carne retinet, vel futũrũ iam  
exutos corpore suscepit: intercedenti-  
bus omnibus sanctis tuis: pietatis tuæ  
clemẽtia, omnium delictõrum suõ-  
rum veniam cõsequantur. Per Dñm.

*Lectio Isaiæ prophætæ.*

**I**n diẽbus illis: Ægrotauit Ezechias *ca.*  
vsque ad mortem: & intoruit ad  
eum Isaias filius Amos propheta, &  
dixit ei. Hæc dicit Dõminus. Dispõ-  
ne domui tuæ: quia morieris tu, & non  
viues. Et conuertit Ezechias faciem  
suam ad parietem, & orauit ad Dñm,  
& dixit. Obsecro Dõmine, nemiẽ-  
to, quõso, quõmodo ambulauerim co-  
ram te in veritate & in corde perfectõ:  
& quod bonum est in oculis tuis fece-  
rim. Et fleuit Ezechias fletu magno.  
Et factũ est verbum Dñi ad Isaiam, di-  
cens. Vade, & dic Ezechia. Hæc dicit  
Dõminus Deus David patris tui. Au-  
diui orationem tuam: & vidi lachry-  
mas tuas. Ecce, ego adiciã super dies  
tuos quĩndecim annos: & de manu re-  
gis Assyriõrum eruam te, & ciuitatẽ  
istam: & prõtegam eam. Ait Dõmi-  
nus omnipotens. *Graduale.* Iacta co-  
gitatum tuum in Dõmino, & ipse te  
enutriet. *℞.* Dum clamarem ad Dõ-

minum, exaudiuit vocem meam ab his, qui appropinquant mihi.

*Sequentia sancti euangelij  
secundum Matthæum.*

p.8. **I**n illo tempore: Cum introisset Iesus Capharnaum, accessit ad eum Centurio, rogans eum, & dicens. Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Et ait illi Iesus. Ego veniam & curabo eum. Et respondens Centurio, ait. Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic: Vade, & vadit. Et alio: veni, & venit. Et seruo meo: fac hoc, & facit. Audiens autem Iesus miratus est: & sequentibus se dixit. Amen dico vobis: non inveni tantam fidem in Israël, Dico autem vobis, quod multi ab Oriente & Occidente venient & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno celorum: filij autem regni eius ciuentur in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium. Et dixit Iesus Centurioni. Vade: & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora.

4. **Offertorium.** Ad te Domine leuaui animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam: neque irideant me inimici mei: etenim vniuersi, qui te expectant, non confundentur.

*Secreta.*

**S**acrificijs presentibus Domine, quaesumus, intende placatus: ut & deuotioni nostrae proficiant, & salutem.

Domine.

*Alia Secreta.*

**E**xaudi nos Deus salutaris nostrae ut per huius sacramenti virtutem a cunctis nos mentis & corporis hostibus tuearis: gratiam tribuens in presenti, & gloriam in futuro

**D**eus, cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus: tribue quaesumus: ut, in tercedentibus omnibus sanctis tuis, vniuersorum, quos in oratione commendatos suscepimus, et nomina omnium fidelium beatae praedestinationis liber ascripta retineat. Per Dominum.

**Communio.** Acceptabis sacrificium iustitiae, oblationes, et holocausta, super altare tuum Domine. Ps. 50.

*Postcommunio.*

**C**aelstis doni benedictione precepta, supplices te Deus omnipotens deprecamur: ut hoc idem nobis et sacramenti causa sit, et salutis. Per Dominum. *Alia Postcommuniones.*

**M**undet, et muniat nos, quaesumus Domine, diuini sacramenti munus ablatum, et intercedente beata virgine Dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro et Paulo, atque beato N. et omnibus sanctis: a cunctis nos reddat & peruersitatibus expiatis, & aduersitatibus expeditos.

**P**urificent nos, quaesumus omnipotens & misericors Deus, sacramenta quae sumpsimus: & intercedentibus omnibus sanctis tuis praesta: ut hoc tuum sacramentum non sit nobis reatus ad penam, sed intercessio salutaris ad veniam: sit ablutio scelerum, sit fortitudo fragilium, sit con-



tra omnia mundi pericula firmamentum, sit viuorum atque mortuorum fidelium, remissio omnium delictorum. Per Dñm. **Super populum.** O remus.

Humiliate capita vestra Deo.

**P**arce Dñe, parce populo tuo: vt dignis flagellationibus castigatus, in tua miseratione respiret. Per Dñm.

### FERIA SEXTA.

**Statio ad sanctos Ioanem, & Palum.**

**Introitus.**

Pf. 92.



Ibicé.

Vdiuit Dominus, & misertus est mihi: Dominus factus est adiutor meus. **Pfal.**

Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. **Ps.** Gloria patri.

**Oratio.**

Inchoata ieiunia, quaesumus Dñe, benigno fauore prosequere: vt obseruantiam, quam corporaliter exhibemus, mentibus etiam sinceris exercere valeamus. Per Dominum.

**Alia Orationes, vt in feria quarta Cinerum. Lectio Isaia prophetae.**

Ca. 58.

**H**aec dicit Dñs Deus. Clama, ne cesses: quasi tuba, exalta vocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Me etenim de die in die quaerunt, & scire vias meas volunt: quasi gens quae iustitiam fecerit, & quae iudicium Dei sui non dereliquit. Rogant me iudicia iustitiae: & appropinquare Deo volunt. Quare ieiunauimus, & non aspexisti: humiliauimus animas nostras, & nescisti? Ecce, in die

ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra: & omnes debitores vestros repetitis. Ecce, ad lites & contentiones ieiunatis: & percutitis pugno impiè. Nolite ieiunare sicut vsq; ad hanc diem, vt audiatur in excelsis clamor vester. Nunquid tale est ieiunium quod elegi per diem affligere hominem animam suam? Nunquid contorquere quasi circulum caput suum, & saccum & cinerem sternere? Nunquid istud vocabis ieiunium, & diem acceptabilem Domino; Nonne hoc, est magis ieiunium, quod elegi? Dissolue colligationes impietatis: solue fasciculos deprimentes. Dimitte eos, qui confracti sunt liberos: & omne onus dirumpere. Frange esurienti panem tuum: & egenos vagosque induc in domum tuam. Cum videris nudum, operi eum: & carnes tuas ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum: & sanitas tua citius orientur: & anteibit faciem tuam iustitia tua: & gloria Domini colliget te. Tunc inuocabis, & Dñs exaudiet: clamabis, & dicet: ecce ad sum. Quia misericors sum Dñs Deus tuus.

**Graduale.** V nam petii a Domino, hanc requiram: vt inhabitem in domo Dñi. **Ps.** Vt videam voluptatem Dñi, & protegar a templo sancto eius. **Ps.**

**Tractus.** Domine non secundum peccata nostra, quae fecimus nos neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. **Ps.** Domine, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordiae tuae quia pauperes facti sumus nimis. **Ps.**

Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

*Sequentia sancti euangelij  
secundum Matthæum.*

**I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Audistis quia dictum est antiquis. Diliges proximum tuum: & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis. Diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderunt vos: & orate pro persecutibus & caluniantibus vos: ut sitis filij patris vestri qui in caelis est: qui solem suum oriri facit super bonos & malos: & pluit super iustos & iniustos, Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne & publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? Nonne & ethnici hoc faciunt? Estote ergo vos perfecti, sicut & pater vester caelestis perfectus est. Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in caelis est. Cum ergo facis elemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritae faciunt in synagogis et in vicis, ut honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Te autem faciente elemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua: ut sit elemosyna tua in abscondito. Et pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. *Offertorium.*  
Deus, viuifica me secundum eloquium tuum:

ut sciam testimonia tua. *Secreta.*

**S**acrificium Domine, obseruantiae quadragesimalis quod offerimus, presta, quaesumus, ut tibi & mentes nostras reddat acceptas, & continentiae promptioris nobis tribuat facultatem. Per Dominum.

*Alia Secreta, ut in feria iiii Cinerum.*

*Communio.* Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore: apprehendite disciplinam, ne pereatis de via iusta. *Postcommunio.*

**S**piritum nobis, Domine tuae charitatis infunde: ut quos vno pane caelesti satiasti, tua facias pietate concordēs. Per Dominum:

*Alia Postcom. ut in feria iiii. Cinerum.*

*Super populum. Oremus.*

Humiliate capita vestra Deo.

**T**vere Domine populum tuum: & ab omnibus peccatis clementer emunda: quia nulla ei nocēbit aduersitas, si nulla ei dominetur iniquitas. Per Dominum.

**SABBATO.**

*Statio ad sanctum Triphonem.*

*Introitus.*



Vdiuit Dñs, *Psal. 29.*

& misertus est mihi: Dñs factus est adiutor meus. *Psal. Ibidem.*

Exaltabo te Dñe, quonia

scusepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. *Ps. Gloria patri O re.*

**A**desto Domine supplicationibus nostris, & concede, ut hoc solle-

ne

ne ieiunium, quod animis, corporibusque curandis salubriter institutum est, deuoto seruitio celebremus. Per.

*Alia Orat. vt in feria quarta Cineru.*

*Lectio Isaia prophetae.*

Ca. 98. **H**aec dicit Dominus Deus: Si abstuleris de medio tui catenam, & desieris digitum extendere, & loqui quod non prodest: cum effuderis esurientiam animam tuam, & animam afflictam repleueris: tunc oriatur in tenebris lux tua, & tenebrae tuae erunt sicut meredies. Et requiem dabit tibi Dns Deus tuus seper: & implebit splendoribus animam tuam: & ossa tua liberabit. Et eris quasi hortus irriguus: & sicut fons aquarum, cuius non deficient aquae. Et edificabuntur in te deserti saeculorum: fundamenta generationis & generationis suscitabis. Et vocaberis edificator sepiu conuertens semittas in quietem. Si auerteris a sabbato pedem tuam, facere voluntatem tuam in die sancto meo: & vocaueris sabbatum delicatum, & sanctum Dni gloriosum: & glorificaueris eum dum non facis vias tuas, & non inuenitur voluntas tua, vt loquaris sermonem: tunc delectaberis super Dno: & sustollam te super altitudinem terrae: & cibabo te hereditate Iacob patris tui. Os enim Domini locutum est.

Ca. 26. *Graduale.* Vnam petij a Domino hanc requiram, vt inhabite in domo Domini. *V.* Vt videam voluptatem Dni: & protegat a templo sacro eius.

*Sequentia sancti euangelij  
secundum Marcum.*

**I**n illo tempore: Cum sero esset factum, erat nauis in medio mari, & Iesus solus in terra. Et vidit discipulos suos laborantes in remigando, Erat enim ventus contrarius eis. Et circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans supra mare: & volebat praeterire eos. At illi vt viderunt eum ambulantem supra mare, putauerunt phantasma esse: & exclamauerunt. Omnes enim eum viderunt: & conturbati sunt. Et statim locutus est cum eis: & dixit illis. Confidite. Ego sum: nolite timere. Et ascendit ad illos in nauim: & cessauit ventus. Et plus magis intra se stupabant. Non enim intellexerunt de panibus: Erat enim cor illorum obcaecatum. cum transfretassent, venerunt in terram Genesareth: & applicuerunt. Cumque egressi essent de nauis, continuo cognouerunt eum. Et percurrentes vniuersam regionem illam caperunt in grabatis eos qui se male habebant circumferre, vbi audebant eum esse. Et quocumque introibat, in vicos, vel in villas, aut in ciuitates: in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum, vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent. Et quotquot tangebant eum salui fiebant.

*Offertorium.* Domine viuificame secundum eloquium tuum: vt faciam testimonia tua. *Secreta.*

**S**uicide Domine sacrificium, cuius te voluisti dignanter immolatione placari: presta quaesumus: vt huius operatione mysterij mundati, beneplacitum tibi nostrae mentis offeram.

affectum .Per Dóminum.

*Alia Secreta, vt in feria iiii. Cineru.*

**Communio.** *S*eruáte Dño in timore, & exultáte ei cum tremóre: apprehéndite disciplinam, ne pereátis de via iusta.

*Postcommunio.*

**C**elestis vitæ múnere vegetati, quæsumus Dñe: vt quod est nobis in præsentí vita mysterium, fiat æternitátis auxiliúm. Per Dóminum.

*Alia postcóm. vt in feria iiii. Cineru.*

*Super populum.* *O*remus.

*F*umiliate capita vestra Deo.

**F**ideles tui Deus perpetua dona firméntur: vt eadem & percipiéndó requirant, & queréndó sine fine percipiant. Per Dóminum.

## DOMINICA PRIMA

*in Quadragesima.*

*Oratio ad S. Ioannem in Laterano.*

*Introitus.*

**N**uocábit me, & ego exaudiám eum: et épíam eú, & glorificábo eum: longitudine dierum adimplebo eum. *Psalm.* Qui habitat in adiutorio altissimi: in protectione Dei cæli commorabitur. *Ps.*

Gloria patri. *O*remus.

**D**eus, qui ecclésiám tuam annua quadragesimali obseruatione purificas, præsta familiæ tuæ: vt, quod à te obtinere abstinendo nititur: hoc bonis operibus exequatur. Per Dñm.

*Ad poscenda suffragia sanctorum.*

*Oratio.*

**A**cunctis nos, quæsumus Dómine, mentis & corporis defende periculis: & intercedente beata & gl o

riosa sepeque virgine Dei genitrice Maria, cum beatis apóstolis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis: salutem nobis tribue benignus & pacem: vt destructis aduersitibus erroribus vniuersis, ecclésiá tua sectúra tibi seruiat libertate.

*Oratio.*

**O**mnipotens sempiternus Deus, qui viuórum domináris simul & mortuórum, omniumque misereris, quos tuos fide & opere futuros esse prænoscis: te supplices exoramus: vt pro quibus effundere preces decreuimus, quosque vel præsens sæculum adhuc in carne retinet, vel futuram iam exutos corpore suscepit intercedentibus omnibus sanctis tuis: pietatis tuæ clementia, omnium dilectorum suorum veniá consequantur. Per Dóminum.

*Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios.*

**F**ratres: Hortámur vos, ne in vanum gratiam Dei recipiatis. Ait enim. Tempore accepto exaudiui te: & in die salutis adiui te. Ecce, nunc tempus acceptabile: ecce, nunc dies salutis. Némíni dantes vllam offensionem: vt non vituperetur ministerium nostrum. Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto: in charitate nõ ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei: per arma iustitiæ à dextris

& à sinistris: per glóriam & ignobili-  
tatem: per infamiam & bonam fa-  
mam: vt seductóres & veráces: sicut  
qui ignóti & cónniti: quasi morientes  
& ecce víuimus: vt castigati, & non  
mortificati: quasi tristes, semper au-  
tem gaudentes: sicut egentes, multos  
autem locupletantes: tanquam nihil  
habentes, & ómnia possidentes.

**Pf. 90.** **Graduale.** Angelis tuis Deus man-  
dauit de te, vt custodiant te in ómni-  
bus vijs tuis. **V.** In manibus portá-  
bunt te, ne vnquam offendas ad lapi-  
dem pedem tuum.

**Pf. 90.** **Tractus.** Qui habitat in adiutorio  
altissimi, in protectiōne Dei celi con-  
morabitur. **D**icer Dómino, suscep-  
tor meus es tu, & refugium meum:  
Deus meus sperabo in eum, **Q**uonia  
ipse liberabit me de laqueo venantiū,  
& á verbo áspero. **S**capulis suis obun-  
brabit tibi, & sub pennis eius sperabis.  
**S**cuto circūndabit te veritas eius: nō  
timebis à timóre nocturno. **A**lagitta  
volante per diem, à negotio peram-  
bulante in tenebris, à ruina & demō-  
nio meridiano. **C**adent á latere tuo  
mille, & decem millia à dextris tuis  
tibi autem nō appropinquabit. **Q**uonia  
iam angelis suis madauit de te vt cus-  
todiat te in ómnibus vijs tuis. **I**n ma-  
nibus portabunt te, ne vnquam offen-  
das ad lapidem pedem tuū. **S**uper as-  
pidem & basiliscum ambulabis, & cō-  
culcabis leōnem & darcōnem. **Q**uonia  
iam in me sperauit, liberando eum,  
prótegam eum, quonia iam cognouit  
nomen meum. **I**nuocabit me, & ego

exaudiam eum: cum ipso sum in tribu-  
latiōne. **E**ripiam eum, & glórificabo  
eum: longitudine diērum adimplebo  
eum: & ostendam illi salutāre meum.

**Sequentia sancti euangelij  
secundum Matthaeum.**

**I**n illo tempore: Ductus est Iesus in La-  
desertum à spiritu, vt tentaretur à  
diabolo. Et cum ieiunasset quadragin-  
ta diebus & quadraginta noctibus, po-  
stea esuriit. Et accedens tentator, dixit  
ei. Si filius Dei es, dic lapides isti pa-  
nes fiant. **Q**ui respondens dixit. Scri-  
ptum est. Non in solo pane viuit ho-  
mo: sed in omni verbo, quod procē-  
dit de ore Dei. **T**ūc assumpsit eū diabo-  
lus in sanctam ciuitatem: & stauit  
supra pinnaculum templi, & dixit  
Si filius Dei es, mitte te deorsum. **S**c-  
riptum est enim. **Q**uia angelis suis ma-  
dauit de te, & in manibus tollent te,  
ne forte offendas ad lapidem pedem  
tuum. **A**it illi Iesus rursus. **S**criptum  
est. Non tentabis Dóminum Deum  
tuum. **I**terum assumpsit eum diabo-  
lus in mōtem excelsū valde: & osten-  
dit ei ómnia regna mundi, & glóriam  
eorum: & dixit illi. **H**aec ómnia tibi  
dabo, si cadens adoraueris me. **T**unc  
dixit ei Iesus. **V**ade satana, scriptum  
est enim: Dóminum Deum tuum a-  
dorabis: & illi soli seruiēs. **T**unc reli-  
quit eum diabolus: & ecce angeli ac-  
cesserunt, & ministrabant ei. **C**redo.  
**Offertorium.** **S**capulis suis obun-  
brabit tibi Dominus, & sub pennis e-  
ius sperabis: scuto circūndabit te vé-  
ritas eius.

**Secreta.**

**S**acrificium quadragesimalis ini-  
tij sollempniter immolamus, te do-  
mine deprecantes: ut cum epularum re-  
strictione carnalium, à noxijs quoq; vo-  
luptatibus temperemur. Per Dñm.

*Alia Secreta.*

**E**xaudi nos, Deus salutaris noster:  
ut per huius sacramenti virtutē,  
à cunctis nos mentis & corporis hosti-  
bus tuearis: gratiam tribuens in præ-  
senti, & gloriā in futuro.

**D**eus, cui soli cognitus est nūme-  
rus electorum in superna felici-  
tate locandus: tribuē quæsumus:  
intercedentibus omnibus sanctis tuis,  
niuersorum, quos in oratione com-  
latos suscepimus, & nomina om-  
fideliū beatæ prædestinatiō-  
er ascripta retineat. Per Dñm.

**C**ommunio. **S**capulis suis obum-  
brabit tibi Dominus, & sub pennis e-  
ius sperabis: scuto circūdabit te veri-  
tas eius. *Postcommunio.*

**T**u nos, Dñe, sacramenti libatio  
sancta restauret: & à vetustate  
purgatos, in mysterij salutaris facias  
transire consortium. Per Dominum.

*Alia post comuniones.*

**M**undet, & muniat nos, quæsu-  
mus Dñe, diuini sacramenti mu-  
nus oblatum: & intercedēte beata vir-  
gine Dei genitrice Maria, cum beatis  
apostolis tuis Petro & Paulo, atq; bea-  
to **N.** & omnibus sanctis, à cunctis  
nos reddat & peruersitatib⁹ expiātos  
& aduersitatibus expeditos. Per dñm

**P**urificent nos, quæsumus: omni-  
potens, & misericors Deus, sacra-

menta quæ sumpimus: & interceden-  
tibus omnibus sanctis tuis præsta: ut  
hoc tuum sacramentum non sit nobis  
reatus ad pœnam, sed intercessio salu-  
tāris ad veniam: sit ablutio scelerum,  
sit fortitudo fragiliū, sit cōtra omnia  
mundi pericula firmamentum, sit vi-  
uorum atq; mortuorum fideiū remis-  
sio omnium delictorum. Per Dñm.

**FERIA SECUNDA.**

*Statio ad S. Petrum ad vincula.*

*Introitus.*



**S**icut oculi seruorum in **Ps. 122.**  
manibus dominorum  
suorum: ita oculi nostri  
ad Dominum Deum  
nostrum, donec mise-  
reāmur nostri: miserere nostri: Dñe,  
miserere nostri. **Psalm.** Ad te leuāui **Ibedē.**  
oculos meos, qui habitas in cælis. **V.**  
Gloria patri. **Oratio.**

**C**onuert te nos Deus salutaris no-  
ster: & ut nobis ieiunium quadra-  
gesimale proficiat, mentes nostras cæ-  
lestibus instrue disciplinis. Per Dñm.

*Alia Oratio. ut in Dñica præcedenti.*

*Lectio Ezechielis propheta.*

**H**æc dicit Dñs Deus. Ecce, ego **Ca. 34.**  
ipse requirā oues meas: visitā-  
bo illas: Sicut visitat pastor gregem  
suum in die quando fuerit in medio  
ouium suarum dissipatarū: sic visitābo  
oues meas, & liberābo eas de omnibus  
locis in quibus dispersæ fuerant in die  
nubis, & caliginis. Et educā eas de  
populis: & congregābo eas de terris:  
& inducā eas in terram suam: & pas-  
cam eas in montibus Israel, in

& in cunctis sedibus terræ. In pascuis  
vberrimis pascā eas: & in montibus  
excelsis Israel erunt pascua earum. Ibi  
requiescent in herbis virentibus: & in  
pascuis pinguibus pascetur super mō-  
tes Israel. Ego pascam oues meas: &  
ego eas accubare faciam, dicit Dōmi-

Deus. Quod perierat, requiram:  
& quod abiectum erat, reducam &  
quod contractum fuerat, alligabo: &  
quod infirmum fuerat, consolidabo:  
& quod pingue & forte, custodiam.  
Et pascam illas in iudicio, dicit Dō-  
minus omnipotens.

**Ps. 38.** **Graduale.** **P**rotector noster aspice  
Deus, & respice super seruos tuos. **V.**  
Domine Deus virtutum exaudi pre-  
ces seruorum tuorum.

**Ps. 102.** **Tractus.** Domine, non secundum  
peccata nostra: quæ fecimus nos: neq;  
secundum iniquitates nostras retribu-

**Ps. 79.** as nobis. **V.** Domine, ne memineris  
iniquitatumstrarum antiquarum:  
cito anticipent nos misericordiae tuæ  
quia pauperes facti sumus nimis. **V.**

**Ibidē.** Adiuua nos Deus salutaris noster, &  
propter gloriam nominis tui Domi-  
ne libera nos: & propitius esto peccā-  
tis nostri: propter nomen tuum.

**Sequentia sancti euangelij**  
**secundum Mattheum.**

**Ca. 25.** **I**n illo tempore: Dixit Iesus discipu-  
lis suis. Cum venerit filius hominis  
in maiestate sua, & omnes angeli eius  
cum eo: tunc sedebit super sedem ma-  
iestatis suæ. Et congregabuntur ante  
eum omnes gentes: & separabit eos  
ab inuicem: sicut pastor segregat oues

ab hædis. Et statuet oues quidē à dex-  
tris suis: hædos autem à sinistris. Tūc  
dicet rex his qui à dextris eius erunt.  
Venite benedicti patris mei posside-  
te paratum vobis regnum à constitu-  
tione mundi. Esuriui enim, & dedi-  
stis mihi manducare. Sitiui, & dedi-  
stis mihi bibere. Hospes eram: & col-  
legistis me. Nudus: & operuistis me.  
Infirmus: & visitastis me. In carcere  
eram: & venistis ad me. Tunc respon-  
debunt ei iusti, dicentes. Dñe, quan-  
do te vidimus esuriētem, & pau-  
mus te: sitientem, & dedimus tibi po-  
tum? Quando autem te vidimus hó-  
spitem, & collegimus te? aut nudum,  
& cooperuimus te? Aut quando te vi-  
dimus infirmū, aut in carcere: & veni-  
mus ad te? Et respondens rex, dicet il-  
lis. Amen dico vobis: quādiu fecistis  
vni de his fratribus meis minimis, mi-  
hi fecistis. Tunc dicet & his, qui à sini-  
stris eius erunt. Discendite à me ma-  
ledicti, in ignem æternū, qui paratus  
est diabolo & angelis eius. Esuriui e-  
nim: & non dedistis mihi manducare.  
Sitiui: & non dedistis mihi potum.  
Hospes erā: & nō collegistis me. Nu-  
dus: & non operuistis me. Infirmus,  
& in carcere: & non visitastis me. Tūc  
respondebunt ei & ipsi, dicentes. Dñe,  
quando te vidimus esuriētem, aut si-  
tientem, aut hóspitem, aut nudum,  
aut infirmū, vel in carcere: & non mi-  
nistrauimus tibi? Tunc respondebit il-  
lis, dicens. Amen dico vobis: quan-  
diu non fecistis vni de minoribus his,  
nec mihi fecistis. Et ibunt hi in suppli-

cium ætèrnum: iusti autem, in vitam ætèrnam.

**Offertorium.**

**L**euabo oculos meos & considerabo mirabilia tua Dòmine, vt doceas me iustitias tuas; da mihi intellectum, & discam mandata tua.

**Secreta.**

**M**vera tibi Dòmine oblata sacrificia: nosque à peccatorum nostrorum maculis emunda. Per Dñm.

**Alia Secreta, vt in Dominica**

**precedenti.**

**Communio.** Amen dico vobis: quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis: venite benedicti patris mei possidere paratum vobis regnum ab initio sæculi.

**Postcommunio.**

**S**alutaris tui Dñe munere satiati, supplices exoramus: vt cuius lætatur gustu, renouemur effectum. Per Dñm.

**Alia Postcomuniones.**

**vt in Dominica**

**Super populum.**

**O**remus.

**A**bsolue, quæsumus Dòmine, nostrorum vincula peccatorum: & quicquid per eis meremur, propitius auerte. Per Dominum.

**FERIA TERTIA.**

**Statio ad sanctam Anastasiam.**

**Introitus.**



**D**omine refugium factus es nobis à generatione in generationem: à sæculo & in sæculum tu es.

**Psal.** Priusquam mōtes fierent, aut formarētur terra & orbis à sæculo & vsque in sæculum tu es Deus.

**Oratio.**

**R**espice Dñe familiam tuam, & præsta: vt apud te mens nostra tuo desiderio fulgeat, quæ se carnis maceratione castigat. Per Dòminum.

**Alia Oratio. vt in Dñica**

**precedenti.**

**Lectio Isaiæ prophætæ.**

**I**n dièbus illis: Locutus est Isaias prophæta, dicens. Quærite Dñm, dum inueniri potest: inuocate eum, dum ptopè est. Derelinquat impius viam suam & vir iniquus cogitationes suas: & reuertatur ad Dñm, & miserabitur eius & ad Deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum. Non enim cogitationes meæ, cogitationes vestrae: neque via vestra, via mea, dicit Dominus. Quia sicut exaltatur cæli à terra: sic exaltæ sunt viae meæ à vijs vestris & cogitationes meæ à cogitationibus vestris. Et quomodo descendit imber & nix de cælo, & illuc ultra non reuertitur: sed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti. Sic erit verbum meum quod egrediatur de ore meo: non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcunque volui, & prosperabitur in his ad quæ misi illud, ait Dominus omnipotens.

**Graduale.** Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo Domine. **Ps. 140.** Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.

**Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.**

**I**n illo tempore: Cum intrasset Iesus Hierosolymam, commota est vniuersa ciuitas, dicens. Quis est hic?

Popu



Pópuli autem dicébant. Hic est Iesus ppheta, á Nazaréth Galilææ. Et intráuit Iesus in templum Dei: & eiiciebat omnes vendétes & ementes in templo: & mensas numulariôrum, & cathédras vendéntium columbas, euertit. Et dixit eis. Scriptum est. Domus mea, domus oratiônis vocábitur: vos autem fecistis illam spelúncam latrônú. Et accessérút ad eum cæci, & claudi in templo: & sanáuit eos. Vidéntes autem principes sacerdotum & scribæ, mirabilia quæ fecit, & púeros clamantes in templo, & dicétes, hosanna filio Dauid: indignáti sunt, & dixerunt ei. Audis quid isti dicunt? Iesus autem dixit eis. Vtique. Nūquam legistis, quia ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem? Et relíctis illis, abiit foras extra ciuitátem in Bethániam: ibique mansit.

Isa. 56.

Psa. 8.

Psa. 30.

**Offertorium.** In te speráui Dñe: dixi, tu es Deus meus, in manibus tuis témpora mea. **Secreta.**

**O**blátis, quæsumus Dñe, placare munéribus: & à cunctis nos defende periculis. Per Dóminum.

**Aliq orationes, vt in Dñica præcedéti.**

Psa. 4.

**Communio.** Cúm inuocárem te exaudisti me, Deus iustitiæ meæ, in tribulatióne dilatásti me: miserêre mihi Dñe, & exaudi oratióne meam.

**Postcómunio.**

**P**ræsta: quæsumus, omnipotens Deus: vt illius salutâris capiâmus effectum, cuius per hæc mystéria pignus accépimus. Per Dóminum.

**Aliæ Postcommuniones, vt in**

**Dominica præcedenti.**

**Super populum.** O rêmus Humiliâte capita vestra Dño.

**A**scéndant ad te, Dñe, preces nostræ: & ab eccléſia tua cunctam repelle nequítiam. Per Dóminum.

**FERIA QVARTA**  
**Quatuor Temporum Quadragesimæ.**

**Statio ad sanctam Mariam maiorem.**

**Introitus.**



**R**eminiscere miseratiónum tuárum dñe, & misericórdiæ tuæ, quæ à sæculo sunt: ne vnquam dominantur nobis inimici nostri: libera nos Deus Israel, ex omnibus angústijs nostris.

**Psalms.** Ad te Dómine leuáui animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam. **Gloria.** *post kyrie eleison, dicitur* O rêmus. Flectámus genua. **Leuâte.**

**P**reces nostras, quæsumus, Dómine, cleménte exaudi: & contra cuncta nobis aduersantia, dexteram tuæ maiestátis exténde. Per Dñm.

**Lectio libri Exodi.**

**I**n diébus illis: Dixit Dóminus ad Móysen. Ascénde ad me in monté, & esto ibi: daboque tibi duas tabulas lapideas: & legem, ac mandata quæ scripsi: vt dóceas filios Israel. Surrexerunt Moyses, & Iósue minister eius ascédensq; Móyses in montem Dei: senióribus ait. Expectáte híc, donec reuertámur ad vos. Habétis Aaron, & Hur vobiscum. Si quid natum fúerit

tri quæstionis, referētis ad eos. Cūq; ascendisset Moyses, operuit nubes montem: & habitauit gloria Dñi super Sinai, tegens illum nube sex diebus. Séptimo autem die vocauit eum Dóminus de medio caliginis. Erat autem species glóriæ Dñi, quasi ignis ardens super verticem montis in conspectu filiōrū Israel. Ingressusq; Moyses médium nébulæ, alcédit in montem. Et fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. **Graduale.** Tribulationes cordis mei dilatatae sūt: de necessitatibus meis erue me Dñe. **V.** Vide humilitatem meā, & laborem meū & dimitte omnia peccata mea.

**Hic dicitur,** Dñs vobiscū **O** rémus. **D**euotionem pópuli tui, quæsumus, Dómine benignus intende: vt, qui per abstinentiam macerantur in corpore, per fructum boni operis reficiantur in mente. Per Dñm.

**Alia Orationes, vt in Dominica præcedenti.**  
**Lectio libri Regum.**

**I**n quibus illis: Venit Elias in Bersabee Iuda, & dimisit ibi puerū suum: & perrexit in désertū viam vnus diei. Cumque venisset, & sederet subter vnā Iuniperum: petiuit animæ suæ vt moreretur: & ait. Sufficit mihi Dómine: tolle animam meam. Neq; enim melior sum, quàm patres mei. Proiecitq; se, & obdormiuit in vmbra Iuniperi. Et ecce, angelus Dñi tetigit eum: dixitq; illi. Surge comede. Et respexit, & ecce ad caput suū subcinericius panis, & vas aquæ. Comedit ergo, &

bibit: & rursus obdormiuit. Reuersus est angelus Dñi secundo, & tetigit eū, dixitque illi. Surge, comede, granum enim tibi restat via. Qui cum surrexisset, comedit & bibit: & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus, vsque ad montem Dei Horeb.

**Tractus.** **D**e necessitatibus meis eripeme, Dómine: vide humilitatem meam & laborem meum, & dimitte omnia peccata mea. **V.** Ad te Dñe leuavi animam meam, Deus meus in te confido, non erubescam: neque irideant me inimici mei. **V.** Etenim vniuersi qui te expectat, nō confundentur: confundantur omnes facientes vana.

**Sequentia sancti euangelij secundum Matthæum.**

**I**n illo tempore: Accesserunt ad Iesum scribæ & pharisæi, dicentes. Magister, volumus à te signum videre. Qui respondens ait illis, Generatio mala & adultera signum quarit: & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophete. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terre tribus diebus & tribus noctibus. Viri Ninuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam: quia penitentiam egerunt in prædicatione Ionæ. Et ecce, plus, quàm Ionas, hic. Regina Austri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam: quia venit à finibus terre audire sapientiam Salomōnis. Et ecce, plus, quàm Salomon, hic. Cum au

Ps. 24.

Ca. 12.

Ion. 2.

Ion. 3.

3. reg. 10.

tem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quæres requiem, & non inuenit. Tunc dicit. Reuertar in domum meam, unde ueni. Et ueniens, inuenit eam uacantem, scopis mundatam, & ornata. Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & intrantes habitant ibi, & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit & generationi huic pessime. Ad huc loquente ad turbas: ecce, mater eius & fratres stabant foris, quærentes loqui ei. Dixit autem ei quidam: Ecce, mater tua & fratres tui foris stant, quærentes te. At ipsi respondens dicenti sibi, ait. Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Et extendens manum in discipulos suos, dixit Ecce mater mea, & fratres mei. Quicumque enim fecerit uoluntatem patris mei qui in cælis est: ipse meus frater, & soror, & mater est.

Pf. 118.

**Offertorium.** Meditabor in mandatis tuis, quæ dilexi valde: & leuabo manus meas ad mandata tua, quæ dilexi.

**Secreta.**

**H**ostias tibi, Domine, placationis offerimus: ut & delicta nostra miseratus absoluas, & nutantia corda tu dirigas. Per Dominum.

**Alia Secreta, ut in Dominica præcedenti.**

Pf. 5.

**Communio.** Intellige clamorem meum: intende uocem rationis meæ, rex meus & Deus meus, quoniam ad te orabo Domine. **Postcommunio.**

**T**vi, Domine, perceptione sacramenti: & a nostris mundemur oculis: & ab hostium liberemur insidijs

Per Dominum.

**Alia postcommuniones, ut in Dominica præcedenti.**

**Super populum. Oremus.**

Humiliate capita uestra Deo.

**M**entes nostras, quæsumus, Domine lumine tuæ claritatis illustra: ut uidere possimus quæ agenda sunt: & quæ recta sunt, agere ualeamus. Per Dominum.

**FERIA QUINTA.**

**Statio ad sanctum Laurentium in Panisperna. Introitus.**



Confessio, & pulchritudo in conspectu eius: sanctitas & magnificentia in sanctificationis eius. **Psalms.**

Cantate Domino canticum nouum: cantate Domino omnis terra. **G**loria patri. **O**remus.

**D**e uotione populi tui, quæramus Domine, benignus intende: ut, qui per abstinentiam maceratur in corpore, per fructum boni operis reficiantur in mente. Per Dominum.

**Alia orationes, ut in Dominica præcedenti.**

**Lectio Ezechiæ prophætæ.**

**I**n diebus illis: Factus est sermo Domini ad me, dicens. Quid est, quod inter uos parabolam uertitis in prouerbiu istud in terra Israel, dicentes: patres comederunt uiam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt? uiuo ego, dicit Dominus Deus: si erit uobis ultra parabola hæc in prouerbiu in Israel. Ecce, omnes animæ, meæ sunt ut anima patris, ita & anima filij, mea